**Sun tō theō Arkeythologia seu, Juniperi descriptio curiosa : ad normam & formam sacri Romani Imperii Academiae Naturae Curiosorum, elaborata et variis medicamentis ac observationibus referta. / à Benjamin Scharffio.**

**Contributors**

Scharf, Benjamin, 1651-1702
Gollner, Johann, -1719.
Academia Caesareo-Leopoldina Naturae Curiosorum

**Publication/Creation**

Jenae : Typis & sumptibus Gollnerianis, Anno M DC LXXIX. [1679]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/zr5jvf85

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


TILLINGIUS
DE
FEBRIBUS
PETECHIALIBUS
1676



C. H.

XI 3.

R 12 1 24

G. D. C.

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

1) TILING, M.
Front in Wellc. copy cropped
2) SCHARFF, B.

65862/A

IX

Σὺν τῷ Θεῷ.

# ΑΡΚΕΥΘΟΛΟΓΙΑ

ſeu

# JUNIPERI

DESCRIPTIO CURIOSA,

ad normam & formam

SACRI ROMANI IMPERII

ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM,

elaborata

ET

*VARIIS MEDICAMENTIS AC OBSERVATIONIBUS REFERTA*

à

BENJAMIN SCHARFFIO,

MEDICINÆ LICENTIATO,

& Archiatro Sondershuſano Schwartzburgico.

JENÆ,

Typis & Sumtibus GOLLNERIANIS,

Anno M DC LXXIX.

# PRÆFATIO AD LECTOREM.

PEr ſpineta ad roſeta perque aſpera ad aſtra aſcendendum eſſe verum ac tritum ſermone eſt proverbium, nemoque hoc negabit, niſi qui ipſe contradicere velit experientiæ rerum omnium Magiſtræ: Nam quis eſt, qui ignoret viam ad virtutis & eruditionis palatium primò eſſe aſperam duriſque variiſque errorum, laborum, vitiorumque labyrinthis & ſpinis obſitam, ita ut multa ferre, facere, ſudare & algere debeat is ad altiorem eruditionis gradum

beat is, ad altiorem Eruditionis
gradum pertingere qui cupiat sed
quis etiam est, quidem laudat
virtutis Eruditionisque esse jucunditatem!
[illegible] nihildum [illegible] qui
cupit [illegible] ~~frangat~~ [illegible]
est, nihilquid [illegible] ~~[illegible]~~ de
arduas curas removetaliquid, ita
via virtutis regia se [illegible]
patiatur, nihil etiam curet
blandas voluptatum et vitiorum
sirenes, ad quas facilis datur descen-
sus,

ſus, ſed cum prudente Ulyſſe aure
lutô muniat Sapientiæ, ne per jucun
dam hanc dulcedinem ad deteſtando
amaritudinem, per fallacia hæc roſe
ad execranda ſpineta, per voluptuo
hæc viridaria ab aſtris ad raſtra dedu
catur ignominioſa. Cum itaqu
L. B. & ego *ſpinoſi & aſperi quid labori*
*Juniperum videlicet*, Tibi offeram, mo
nendum te eſſe putavi, ne à *ſpinetis hiſ*
ut videntur, vultum benevolum pri
mò ſtatim intuitu amoveas, aut ſco
mâ ipſius tenui ſatisque aſperâ dete
rearis ab ulteriori virtutum ipſi
conſideratione, cum ſub viliori etiam
habitu ac palliolo latere interdum ſo
leat Sapientia; nec formæ, ſed poti
virtutis ſit habenda ratio, credaſq

te propter [illegible] ab hisce spinetis
posse defendere sicut [illegible] Sanitatis
utilissimas; propterea juniperum tam
quam vulgarem aspernari plantam
ne contemnas, sed sola admirere [illegible]
specie ac pretiosa; [illegible]
fallentia [illegible]
[illegible] sed potius haec tibi sit
Cara, quid non Cara et rara [illegible]
in patria tibi nascitur [illegible]
tuo gratias agas, quod naturam
omnibus [illegible]
ad salutem Corporis tui pertinentia

ui pertinere videntur, cumque do-
meſticis morbos arcere liceat medica-
mentis, quid quæſo opus eſt exotica
ine cauſa tàm anxiè conquirere &
æpe talia, quæ temporis diuturnitate
c tempeſtatis injuriâ corrupta aut a-
ulterata ſunt? ſicut præclarè hac de
e loquitur *Sennertus lib. de conſenſ. &*
*iſſenſ. Chim. cap. 18. p. m. 664.* Tale ita-
ue tibi ſiſto in *Junipero* medicamen-
um, quod in magnis variisque mor-
is certiſſimum eſt Aſylum domeſti-
um, tale, inquam, quod Panaceæ no-
ine reverà ſit digniſſimum, tale,
uod curioſam virtutum ſuarum di-
quiſitionem & admirationem probè
eretur: Propterea & ineffabilis *Juni-*
*eri* utilitas atque incomparabilis ipſi-
s dignitas me movit, ut COLLEGIO
ATURÆ CURIOSORUM NOBILISSIMO
ræter meritum aſſociatus hanc præ
liis elegerim vegetabilibus deque il-
TRACTATUM CURIOSUM, hoc eſt
d normam & formam S. R. I. COL-
EGII NATURÆ CURIOSORUM elabo-
atum, conſcripſerim, quoniam hic
ocorum tàm frequens uſus eſt *Juni-*
*eri*, ut omnibus ferè morborum ge-
eribus debellandis tanquam univer-
le opponatur medicamentum, & hæc

etiam fuit occaſio naturam & Vir[tutes] *Juniperi* partiumque illius meliùs co[gnoſcendi], gnoſcendi, dum enim conſvetudine[m] hominum ut alteram naturam imita[ri], ægrisque medicamenta asſveta exhi[bere] bere commodum judicarem, *Junipe[rum]* in exhibendis medicamentis, tàm p[er] ſe, quàm aliis admixtis, inprimis ſu[m] uſus, quæ opinio etiam me non feſe[l]lit & *Juniperus* partesque ejus ſpem [&] expectationem cùm meam tùm ægro[rum], rum, non expleverunt ſolùm, ſed po[tiùs], tiùs, ut candidè loquar, ſuperarun[t], unde tantò cum ſucceſſu, ſicut ex inſi[s] dicendis patebit, *Juniperinis* uſus ſum medicamentis, nec obſervationes c[um] illis effectusque propriâ finxi auctori[tate], tate, ſicuti falſa de Viris optimè m[e]ritis Calumniatorum & Momorum audivi judicia & inanes calumnia[s], vel ex proprio jam medicamentorum excogitavi formulas cerebro, DEUM enim τὸν καρδιογνώστην meamque te[stor] ſtor conſcientiam omnia non alite[r] eſſe geſta & exhibita præparata v[el] meque nihil reticuiſſe aut occultaſſe, ſed omnia ſic eveniſſe prout annota[ta] B. L. inveniet, quæ omnia, ut & mu[l]ta alia hactenus à me nemini, nec A[micis] miciſſimis communicata, jam candid[è] revel[o]

revelo & communico, ſperans, quòd licet exiguus hic meus labor parùm laudis, candor tamen meus aliquid ſit meriturus commendationis Quod autem ex aliis multa addiderim Autoribus, non ad oſtentationem illud operisque prolongationem factum eſt, ſed ideò præſtantiſſima quæque ex Autoribus collegi & elegi, ut meæ de *Junipero* qualescunque obſervationes majorem fidem acquirerent & teſtimonio quaſi aliorum confirmarentur, maximò itaque B. L. rogo quæſoq́, opere, ut hoc in pejorem partem ne rapiat, ſiq́ue voto & expectationi non ſatisfaciam, cogitet

*in rebus magnis & voluiſſe ſatis:*

Hiſce fruere B. L. & Vale, ſiq́ue hæc placuerint meliora impoſternum expectato.

*Te verò ſupplex ſuperi ô Regnator Olympi*
*ore animoque precor noſtris benedicere cœptis*
*ne dedigneris, mentem Tua gratia noſtram*
*inſtruat & quæ jam, Duce TE, præſente libello*
*illa edet faxis nunc inlaudesque decusque*
*nominis hæc vergant divini & plurima præſtent*
*commoda terrigenis, id enim noſtra unica meta eſt:*

*Sis porrò facilis mihi propitiusque Creator*
*omnibus & votis, fruſtrà frendente coborte:*
*invidiæ ſtimulis agitatâ, adſcribere FIAT*
*atque audire vocem ſervine, quæſo, recuſe*
*Sic nomen laudesque Tuas cantabo per æ*
*vum,*
*quando diem ſerus componet veſper Olympo,*
*& quando ſurget lecto Tithonia conjux*
*ac roſeâ Lucem claram dat lampade terris.*

# CAPUT I.

## ETYMOLOGIAM ET DESCRIPTIONEM JUNIPERI TRADIT.

NOn abſonum eſt *Plato* quod dicere conſvevit: Nominum qui gnarus, gnarus etiam eſt rerum. Notum enim eſt ex nomine alicujus rei & omen quandoque eluceſcere non contemnendum, & contrà quem

nominis lateat significatio,
hinc et ipsius rei cognitionem
latere plerumque perhibuit:
Laudabilis itaque et haud in=
congrua est consuetudo, ut
rem aliquam tractaturus a
nominis incipiat primordio,
ideoque hunc imitabimur, et
primus de Juniperi Etimologia
pauca producturus, antequam
vires usumque illius pertractabi=
mus.

De onomatologia Juniperi, quid
primo considerandum venit / hoc in
monimentis autorum certant veli=
quis: non nulli Juniperi vocem dedu=
cunt (?) hinc esse ortam

ortam ut *Juniperus* dicatur quaſi *juni*
*res fructus pariens*, quoniam ſemper nn
vellos fructus pariat antiquis matt
reſcentibus, prout ſentit *Bauhinus lib*. .
*Pinac. Theatr. Botanic. ſect. 5. p. 488.*
*ned. Curtius Symphorianus lib. 29. hortt*
*cap. 3. p. 939.*

Nonnulli *Juniperum* à Græco
Latino derivari volunt, ut *Juniperus*
catur quaſi junius πῦρ, ſeu junior igniss
pro hâc ſtabiliendâ ſententiâ experien
am adducunt, quòd nempe *Juniperus*
cenſa ignem non illicò ſolùm concipe
ſed illum quoque diutiſſimè fove
ignisque vice eſſe ſoleat, notum en
eſt, quòd ſi cineribus ex ligno *Junip*
confectis carbones vivos eoſque
*Juniperinos*, vel etiam Quercinos adc
illisque hos obruas, per totum anni ſp
tium gliſcere, ita ut illi in eodem p
annum ſtatu ~~perm~~ remaneant

Siriti incluſi ſunt ſerit
spatio Conradus Khunrath
de medic: p: 420 et D. Dan
in ... apud ... Cap.
... Commentar: in li
3. ... de Causis plantarum
pag: 160 carbones juniperinos o
=mnium optimos et immortales ...
=rat.
... Gerdi juniperum ...
... dicunt et derivant ...
... quod ...
... ardeat ...

eat; ejus enim odorem omnia reptilia
enenata averſari & fugare dicitur, pro-
teſtatur *Bauhinus locô jam citatô.*

Nonnulli ἄρκευθον derivant διὰ
ἔχειν τὰς ἀκάνθας κεκρυμμένας, quòd
inas occultas habeat, quoniã dicente
*uellio lib. 1. de natur. ſtirp. juniperus* ſpinâ
tius, quàm foliô, ſed herbaceâ veſti-
r, & jam citatus *Benedictus Curtius Sym-
orianus citatô locô* de *junipero* dicit, quod
i pro folio ſpina, herbacea quidem,
, prout idem *Bauhinus locô dictô* ſen-
.

Alii ἄρκευθον deducunt ἀπὸ ἀρκεῖν
θῦ, quod idem eſt ac rectè vel certè
cere, quoniam certô juvamine homi-
s à morborum liberat inſultibus, ſicu-
opinatur *Schrevelius in Lexico manuali
raco Latino p. m. 202.*

Hebræi Juniperum רתם dicunt *Hebraica.*
radice רתם quod ſignificat ligavit
l junxit, uti legitur *Mich. 1. verſ. 13.*
eò fortaſſe, quod firmam jungat ſani-
tem cum corpore vulneraque conglu-
et & conjungat ſingularique vi polle-
emplaſticâ, & præterea abortum
ohibeat & fœtum utero materno quaſi
miter alliget, ſicuti ex uſibus illius in-
ã innoteſcet.

Germanis audit Wachholder & *Germani-*
B Weck. *ca.*

Weckholderbaum / quod propè v[...] creſcat, dicitur quoque Grammetbaum à turdis, qui illam amant ejusque fr[...] ctibus delectantur cibique loco utunt[...] Nonnullis in locis dicitur Feurbaum / [...] rationes ſuprà de derivatione Latinâ [...] latas, ut & eine Feld-Cypreſſe / quia C[...] preſſo ſimilis perhibetur, teſte *D. Ocy[...] in XX. experimentis antipeſtilentialibus*.

Fructus Juniperi Græcis dicunt[...] *ἀρκεύθιδες*, Latinis Baccæ, Fructus, [...] Grana Juniperi, ut & Amifructus qu[...] Amici ſeu Amicabiles fructus, ſicuti [...] appellantur *à Hieronymo Brunſwiga[...] libro deſtillatorio p.m. 89.* Germanis dicu[...] tur Wachholderbeere / quaſi Wach' [...] Hol'derbeere / quoniam ob præſtan[...] am earum inſignem vigilandum eſt i[...] que diligenter colligendæ. Aliis Wach[...] tern dicuntur, quia ſenium vigil[...] non torpidum, conciliare putant[...] ideò ſuprà citatus *Conrad Kunrath*, [...] *citatô* illas potius Wachalterbeere app[...] landas eſſe cenſet, quoniam ad ſeni[...] integrâ valetudine perducant.

Aliô Lingvarum idiomate & c[...] dem Chaldaicô Juniperus dici[...] יִוְתְמָא, Gallicô Geneure, Italicô Ge[...] vro, Hiſpanicô Enebro, Belgicô G[...] neuer & Geneuerboom, Ungaricô Tev[...] kes fenyo. Hæc de *ὀνοματολογίᾳ*.

O[...]

Ομωνυμίαν quod ſpectat, nomen *Juniperi* tàm majori, quam minori ejus convenit ſpeciei, ita tamen inter ſe diſtingvuntur à nonnullis, ut major dicatur *Juniperus*, minor verò *Juniperulus & Jupicellus*, *referente Tabernæmontanô* in Artzenei Buch. ὁμωνυμία.

Συνονυμία Juniperi tàm Græca, quàm Latina & Germanica varia eſt, variatque ratione diverſorum Generum & appellationum, ſic Græci dicunt Juniperum ἄρκευθον & ἀρκευθίν, nec non ζυαρκεύθιν & ἀρκατέραν, Latini vocant *Juniperum* modò vulgarem, frutiçoſam, bacciferam, humilem, modò arbores centem, oxycedrum à ſimilitudine cum Cedro, ut & Oxyacantham &c. prout illud infrà in differentiæ conſiderratione melius explicabitur. Germani *Juniperum* uti dictum, appellant Wach-und Weckholder Baum oder Staude/ Grammetbaum/ Feurbaum / eine Feld-Cypreſſe/ in Pruſſia dicunt illam Kattichbaum oder Kattichſtrauch teſte D. *Daniel.* Becker in Wacholder Apotce. Συνονυμία. *Græca.* *Latina.* *Germanica.*

Synonyma fructuum *Juniperi* ex præcedente ὀνοματολογία peti poſſunt, quibus addimus quòd hos fructus Poëtæ per metaphoram nominent

*-- -- -- Juniperi mora minuta*
*--- quæ ſunt thus ſtacte coſtuque miſelliis*

Deſcribimus *Juniperum* præmiſſi præmittendis ſequentibus.

*Juniperi Deſcriptio.* *Juniperus* eſt planta nonnunqua altius ſurgens à que radice truncu craſſum & lignoſum fundens, nonnu quam humi repens, cortice membran ceo ſponteque ſciſſili prædita, perpetu virens, foliis anguſtis, acutis & ſpinoſ prædita, baccas partim nigras & virid partim cœruleas imò & rufeſcentes, m dò majores, modò minores, ferens, ( interdum fungus muſci inſtar adnaſ tur & ex illa quandoque liquor gumm ſus, Vernix dictus, exſudat, ad uſum commmodum generis humani à Sum Creatore creata.

## CAPUT II.

## DESCRIPTIONEM REALI TRADITAM EXPLICAT.

DEſcripſimus *Juniperum* quòd pla ſit altius ſurgens, omnis enim arb frutex, quibus etiam à nonnullis ſuff tex additur, talis planta eſt teſte *Sp lingio lib. 7. Inſtit. Phyſ. cap. 7. p. 1042.*

Addidimus in deſcriptione, q nonnunquam à radice truncum c ſum & lignoſum fundat nonnunqu

W

verò humi repat ob differentiam *Juniperorum*, quarum alia Major, alia Minor eſt, ſicut ex differentiæ conſideratione patebit clarius.

Perpetuò viret *Juniperus*, foliisque anguſtis (& acutis eſt prædita & ſic ad claſſem arborum anguſtifoliarum, quæ nullis foliorum defluviis ſunt obnoxia, pertinet. Cur autem arbores anguſtifoliæ foliis ſuis tempore hyberno non orbentur hanc tradere ſolent rationem Phyſici: Quòd nempe omnis arbor anguſtifolia humorem, à quo folia nutritionem accipiunt, poſſideant pingvem & calidum, quem frigoris vis non lædere poſſit quique tempore hyemis ad radices non confugiat, ideoque cum folia lectare hoc non orbentur nullamque nutritionis patiantur inopiam, in flore & vigore ſuô ſemper permanent. Quòd autem Juniperus tali gaudeat humore probatione vix opus eſt, quoniam ille gummatis ſeu reſinæ inſtar abundè exſudare videatur adque ſingulares uſus colligatur & aſſervetur, quô de paulò poſt plura docebimus. *Cauſa vigoris Juniperi perpetui.*

Cortex *Juniperum* ambit & complectitur membranoſus, ſæpius diſrumpens, qui circa radicem à trunco ſeparatur & hâc in parte corticem vitis æmulatur. *Cortex Juniperi.*

*Baccæ Juniperi.* Baccas ferre *Juniperum* diximu ut eluceſcat, quòd planta ſit frugife quæ ratione coloris variant, cum nco nullæ ſint virides, quæ immaturæ, nco nullæ nigræ, cœruleæ vel rufæ, quæ m turæ, inveniuntur tamen & *Juniperi* nu lis planè fructibus idoneæ. Baccæ ſecundô quoque annô matureſcun hocque præ omnibus ferè arboribus ſi gulare habet *Juniperus*, quòd fœtus os in biennium proroget, quodque ſe per fructibus ſit gravida, nulloque pa ut ita loqui liceat, ab onere ſuo libere ut malus aurantia, citria. Baccæ er maturæ licet ſtirpem ſuam libentes ferant, attamen ſemper immaturæ ſunt, quæ absque ſingulari vi ab illa parari non poſſunt. Hoc locô & tanda venit Juniperi Botrys ſeu ra mus, magnitudine & figurâ vitigineo cemo reſpondens, ex quamplurimis b cis denſiſſimè cohærentibus conſt qui Bambergâ Libavio miſſus eſt. natura quandoque ludit, *vid. Ciſt.* ... *Hom. p. 84.*

*Fungus Juniperi.* Fungus *Junipero* quandoque naſcitur & quidem præprimis m Majo, colore luteo illique muſci in adhæret: Quomodo autem Fungus generetur eleganter *Nobiliſſimus* D *Martinus Bernhard de Berniz* faſc

2. m

*2. medicamentorum ſecretiorum Cnöffelianor. titul. 25. p. 184. in appendice ad annum VI. & VII. Ephemerid. Medic. Phyſic. natur. Curioſ. German. ex ipſius D. D. Cnöffelii MS.* ſequentibus proponit, dum *Gelatina, inquit*, ſive *Gluten Juniperinum* (teſte experientiâ ruſticorum in Styriâ) nunquam totô annô magis reperitur, quàm menſe Majo, inprimis horam unam aut duas poſt imbres nimbosve, ubi circa nodos ſeu juncturas ſtolonum annuorũ *Juniperi* inſtar candidæ interdum & flaveſcentis gelatinæ ex internodiis exudat, quemadmodum ſynovia ex articulis hominis ibique concreta adhæreſcit, non tamen ita firmiter quin vento vehementiori concuſſa decidat, aut à Solis radiis liquata defluat, quod hiſce vidi oculis. Quod ſi contingat, ut gelatinam hanc nec venti, nec imbres nec Solis radii lædant, in fungos concedit, qui vitro incluſi Soliqúe expoſiti in limpidum liquorem reſolvuntur. Vires hujus liquoris modumqúe utendi ſubjungit de quibus autem infrà pluribus agendi erit occaſio.

Quemadmodum plantis non modò ſua caro eſt, nervus, os, vena & ſuus veluti ſangvis & humor in ſingulas plantæ cujusqúe partes alendas deſtinatus, ſic quibusdam perinde ac mulieribus & ſua *Gummi Juniperi*

ſua ſunt velut menſtrua, quæ certis tem-
porum circuitibus ſuperveniunt: Vidi-
mus enim variis ex plantis varios prove-
nire liquores quantitate ipſis moleſto:
Sicut enim ſangvis animantium urget a
turget, ſic è plantis humor ſeu ſuccu
cui ſeu ſponte, ſeu arte detur exitus, ſ
pè ad ipſarum levamen & incolumita-
tem profluit. Talis humor è noſt
quoque profluere ſolet *Junipero*, pingv
& gummoſus variis nominibus inſign
tus. Dicitur Latinis communiter *Ve-*
*nix & Vernilago*, ab anni tempeſtate qu
Veris Ros *teſte Bauhino lib. 12. Theatr. B*
*tan. ſect. VI. p. 500.* Aliis audit *Gum*
*Juniperi & Plinio lib. 18. c. 11. Juniper*
*Gummi, Serapioni Sandarax, Aliis San*
*racha Arabum, Lachryma Juniperi, Ver*
*ſiccus*, Germanis Wacholder Gummi
Trockener Firnis. Deſcribitur à *Bau-*
*hino* quòd *Vernix* ſit reſina majoris *Ju-*
*peri* arida, dura, flava & maſtichi ſimi
& *Ruellius lib. 1. de natur. ſtirp. cap.*
*pag. 179. Vernicem* appellat liquorem th
ris odorem & colorem æmulantem. A
am breviorem & huic ferè ſimilem d
ſcriptionem tradit anonymus quida
de Naturæ Mirandis in China & Euro
p. 805. *inquiens*: Juniperus, frutex ſ
noſus, emittit menſe Majo pulverem f
vum, quem florem licuerit credere, ſi
cedu

*Ejus nomen.*

[pro]dunt bacculæ virides per ramos inter aculeos, quibus frutex undiquaque armatur, virides, breviuſculos, qualia ſunt libanotidis folia ferè. Nigreſcunt granula usque ad autumnum, & ubi maturuerint dulcem acorem præbent. Ex lapidoſo ſemine alii ſuccreſcunt frutices. Baccæ aliæ majores, aliæ oblongæ, aliæ prorſus acidæ. Reſinam fundit primô vere læſus odoratam, thus dixeris barbarum. Cortex in cinerem redactus mundat lepram illitus; Radix ſerpit in multos ramos & conclavi illata ſpirat odorem gratiſſimum, qui ex foculo ſalubrior eſt, trunci non eadem virtus: Bacca viridis & odorem & medicamentum præbet, ſed maturæ magnus uſus, omni pipere præferendæ, unde conficitur oleum, quod cum Balſamo Palæſtino contendit; Quin & lignum eſt oleaginoſum. Hactenus ille.

## CAP. III.

## DE DIFFERENTIIS JUNIPERI EJUSQUE PARTIBUS AGIT.

DIfferentiæ inter *Juniperos* dantur quamplurimæ, poſſunt tamen commodè ad tres referri claſſes, ita ut *Juniperi* inter ſe differant 1. *ratione appellationis*, *Differentia Juniperi.*

 *nis*,

*nis*, 2. *ratione diverſorum generum*, 3. *ra-tione ſexus*.

*Juniperus Illyrica. Germanica.*

*I. Ratione appellationis* differunt Ju-*niperi*, quod alia ſit & dicatur *Juniperus Illyrica*, alia *Juniperus Germanica* teſſ *Tabernæmontano lib. 3. Herbar : part. cap. 10.*

*II. Ratione diverſorum generum* dif-ferunt *Juniperi*, quorum ſeptem recenſ *Bauhinus in Pinaci Theatr. Botanic. lib. 11. ſect. 5. ſub titulo Juniperi*, quæ tamen bre-viùs ita diſtingvi poſſunt, quod Alia Ju-*niperus* dicatur *Major*, alia *Minor*.

*Juniperus Major*

*Major Juniperus* dicitur, quæ majo-ra, duriora, latiora & accuratiora folia habet *minori ſeu vulgari*, quæq; in tantam nonnunquã aſſurgit molẽ,ut & celſam vaſtam arborem imitetur, baccas illa fe quoque majores, partim cœruleas, par-tim rufeſcentes, ut & magnitudine ga-lis non cedere videantur, uti ex inferiori-bus patebit.

*Major hæc juniperus* diſtingvitur in *arboreſcentem* & *fruticeſcentem*. *Arbo-reſcens* dicitur, quæ arborum magnitu-dinem æmulatur; quâ de ita diſſer *Cluſius lib. 1. hiſtor. plant. rarior. cap.* : *Ea Juniperus, cui ſpina pro folio eſt, vix* *tâ reperitur Luſitaniâ, Caſtellâ verò non admodum frequens eſt; Sed ea præſerti quæ celſior & arboreſcens ſupra Segoviam*

qu



# JUNIPERUS MAIOR ARBORESCENS.

p. 188



*quâ inde Madritium itur, ut iſthic trabes &*
*ædium contignationes incolæ ſibi fabricent, ut*
*non immeritò Plinius lib. natur. hiſtor. 16.*
*hanc in Hiſpaniâ vaſtam naſci dixerit*: De
hujus ligno ait *Hieronymus* factas à Rege
Salomone fuiſſe templi Hieroſolymitani
januas, ad quem Hiram Regem Tyri mi-
ſiſſe ligna ἀρκεύθινα legitur *lib. 2. parali-
pom. cap. 2. v. 8.* allegante hoc *Urſino ar-
boret. biblic. cap. 18. p. 277.* Cur autem de
hoc ligno templi Salomonis oſtia facta
ſint eleganter tradit *Hieronymus*, inqui-
ens: Quia Chriſtus, per quem ad Patrem
accedimus, hanc habet naturam, ut ſem-
per, *Juniperi* inſtar, floreat, ſemperque
novos afferat fructus & nunquam viro-
rem ſuum deponat, quamobrem cum
*Junipero* optimè poſſet comparari unige-
nitus DEI Filius.

Ita & Sagunthi Templum Dianæ, Autore & ſvaſore *Hannibale*, ex trabibus *Juniperi* extructum fuiſſe teſtatur *Plinius lib. 16. hiſtor. natur. cap. 14.* ut nempe eò diutius durare & aëris injurias absque noxâ & corruptione tolerare poſſet. Præterea ex hâc [illegible] ticas, quas vu[illegible] alias res, ut can[illegible] alia talia parar[illegible] *Beckerus* in [illegible] *Magis: us* D. I.

*Phyſicus Northuſanus meritiſſimus* in lii ris d. 10. Maji ad me datis ita: Sic ee ipſe habui, cum apud Sereniſſimu Principem Marchionem Badenſem Fr dericum ſacratiſſimæ memoriæ Medi Provincialis officio in Marchionaa Hochburgenſi & Dynaſtiis Rötelenſi Badenvveilenſi fungerer, dolium ex gno Juniperino omnimodò confectu tantæ capacitatis, ut ferè dimidium aı phoræ teneret. Aſſulæ, circuli, fun operculum, epiſtomium nil niſi ex *jun pero* erant.

Vocatur hæc *Juniperus* aliô nom ne *Oxycedrus*, ut & *Juniperus Cedria Theophraſto*, dicitur & *Cedrus Phœnic Tabern. Matth. Cedrus minor* & *Cedru Gesner. hort. Caſt. Oxyarceuthis* quoq audit teſte *Bauhino loc. ſupr. allegat. C drus* autem ſeu *oxycedrus* ideò dicitu quod pauci ſint, notante *Matthiolo ep tom. plant. p. 30.* qui non putent *majore Juniperum eſſe Cedrum*, adeò ut pleriq illam ab hac neſciant diſtingvere, qu de ita *Cluſius lib. 1. plantar. rarior. hiſto ıp. 26. Junipero ferè ſimilis eſt Oxycedru* magna [illegible] *e contortô ut illa caudice, t* [illegible] *e cortice, folia habet junipe* [illegible] *ntia, aliquantulum t* [illegible] *ra ſemper circa ramu* [illegible] *ut in Junipero.* Cu ho

oc etiam conſentit *Ruellus lib. 1. de na-ur. ſtirp. cap. 90.* dum, *Cedro*, inquit, *pene ſimilis eſt, tùm effigie, tùm natura Juniperus,* *Benedictus Curtius Symphorianus in lib. 9. hortor. cap. 3. p. 639. dicit de Junipero: Arbor eſt Cedro ſimilis, ut foliis tantùm di-are credatur.*

Verùm haud imperitè *Joh. Reno-eus lib. 1. de mater. medic. ſect. 11. cap. 31.* otat diſtinctionem ſatis claram eſſe in-er *Juniperum* & *Oxycedrum*: quamvis e-im, inquiens, *Junipero* & *Oxycedro*, aliàs *Cedrus Phœnicea* dictæ, caudex ſit tortuo-us, foliola acuta, ſemper viridia, bac-æ parvæ & rotundæ, multum tamen in-er utramque eſt diſcriminis: Nam *Oxy-edrus* planta eſt exotica, cujus baccæ ulvæ ſunt, odoratæ & ſvaves, ligniquе materia rubeſcit, *Juniperi* verò baccæ nigræ ſunt ejusque lignum ſantali citri-i inſtar flaveſcit. *Diſtinctio à Cedro.*

A nonnullis etiam *Major hæc Juni-perus Cupreſſus ſylveſtris* dicitur, ob ma-gnitudinem ſuam Cupreſſos æmulan-em, quô de ita *Bellonius lib. 2. Obſervat. ap. 110.* dum Juniperum frequentem ſi-bi viſam teſtatur altitudine Cupreſſi, fructu dulci nucis ferè magnitudine Gallæ quodammodò ſimili, quo veſcun-tur indigenæ, quod ex nucleis hinc inde collectis obſervavimus, quos, qui pul- *Differentia à Cupreſſo.*

pam

pam exederunt, abjecerunt, ii ſunt lo[...] gitudine & craſſitie nuclei olivæ, ad[...] duri, ut, niſi mallei ictu, frangi nequea[...] quô de quoque videri poteſt *Bauhin[...] locô ſæpius citatô.*

*Arbor Americana*

Aliud adhuc genus *Juniperi ma[...]ris arboreſcentis* annotavit *Bauhinus &* [...] *Arbor Americana oxyacanthæ ſimilis*, ex cu[...] ligno incolæ ignis vi reſinam eliciun[...] quâ picis locô utuntur. Hæc an affirm[...] ſit *arbori Ettaleb* in Africa naſcenti, cuj[...] *Johann Leo* in deſcriptione Africæ m[...]minit, dubitat *Cluſius*, referente *Bauh[...]nô locô jam ſæpius allegatô.*

*Arbor Ettalch.*

*Juniperus major fruticeſcens.*

*Juniperum Majorem fruticeſcente[...]* ita deſcribit *Cluſius lib. 1. hiſtor. plant. r[...]rior. c. 25.* quod ſit frutex humanam alti[...]tudinem rarò ſuperans, caudice conto[...]tô, non rectô, multis ramis præditô, ſc[...]brô cordice, folia habens carnoſa & [...] continuâ quaternorum foliorum mutu[...] connexorum ſerie compoſita, quema[...]modum Cupreſſus, flores *junipero* vu[...]gari & oxycedro ſimiles flavos, ſed ex[...]tremis foliis inſidentes, ut in cupreſſo [...] Thuja, quibus ſuccedit fructus bacca[...]rum myrti magnitudine rotundus, pri[...]mùm viridis, deinde ad phœniceum co[...]lorem tendens, qui maturitate nonnihi[...] molleſcit ſapore & odore *juniperi* bacci[...] ſimili, qui tria aut quaterna, vel etiam[...]

plur[...]

JUNIPERUS MAJOR FRUTICESCENS. p.22.



JUNIPERUS MINOR ARBUSCULA SEU FRUTEX.



JUNIPERUS MINOR HUMI REPENS.



lura grana oblonga & ſtriata habet, medullam albam & reſinam olentem continentia.

*Juniperus Minor* diſtingvi poteſt in *frutescentem & humi repentem: Frutescens* dicitur, quæ ad magnitudinem fruticum imò & *arbuſcularum* accedit, & vocatur *Juniperus vulgaris fruticoſa*, quâ de ita *Cluſius loc. ſæp. citat.* In Belgio & plerisque Germaniæ locis vulgarem *Juniperum* in juſtam ferè arboris magnitudinem excreſcere obſervabam, præſertim in hortis & locis cultioribus natam. *Juniperus minor fruteſcens.*

*Juniperus minor humi repens* dicitur, quæ in ſingularem altitudinem non excreſcit, ſed virgulti inſtar humi repit, & vocatur aliô nomine *juniperus minima Geſner. hort.* ut & *juniperus minor montana, Alpina, teſte Bauhino loc. citatô.* *Juniperus minor humi repens.*

Elegantem & huic ferè ſimilem *Juniperum* pungentibus foliis in Auſtriacarum Alpium quibusdam jugis obſervatam denotat *Cluſius locô ſæpius allegatô*, cubitalem nimirum altitudinem non excedentem, ſed quæ depreſſa eſt & quaſi humi ſpargatur, multoque craſſioribus & levioribus conſtans ramis quàm vulgaris, folia habens latiora, breviora craſſiora nec minus quàm illa pungentia, creſcit in ſcopulis Dürrenſtein & Etſcheri. *Juniperus Auſtriaca Cluſii.*

Utra-

Utraque hæc Juniperus minor bacc[illegible] fert piſi magnitudine, & in noſtris v[illegible] gariter creſcit regionibus; quæ diff[illegible] rentiæ ergo nonnullis audit *Juniperulus* [illegible] *Jupicellus*.

*Differentia à ſexu.* Oritur quoque differentia in[illegible] *Juniperos ratione ſexus*, & ſic alia dicit[illegible] *Mas*, quæ nullas baccas profert, alia *Fœm[illegible]na*, quæ fructibus ferendis eſt idonea, ſi[illegible] teſtatur *Mauritius Hofmannus P. P.* [illegible] *catalog. Flor. Altorfin. anno 1660. edit. &* [illegible] *catalog. Flor. Altorfin. Sylv. anno 1662. vulgat.* & cum illo omnes monti[illegible] Tyringiacorum accolæ.

*An plantis ſexus competat?* Et quamvis haud imperitè *Helmont*[illegible] *4. pharmacop. & diſpenſator. modern.* [illegible] cum illo *Langius tit. 27. Miſcell. Cur*[illegible] *p. 75.* plantis ſexum non competere [illegible] cant, cum illæ ex ſe ipſis concipiant [illegible] pariant, non verò ex congreſſu vel co[illegible] munione ſeminis ſpeciem ſuam per[illegible] tuent, ideoque propriè loquendo ne[illegible] quam differentiam plantis ratione ſe[illegible] convenire probent, niſi per ſolam m[illegible] taphoram, quapropter & *Helmontius* [illegible] xum herbarum ſcenicum, & *Langius* t[illegible] picum appellat, attamen ſi cum uſu [illegible] *quem penes arbitrium eſt & vis & norm[illegible] loquendi* loquamur & diſtinctionis ſaltem gr[illegible] hâc utamur differentiâ, tàm abſurd[illegible] eſſe non equidem arbitramur.

Ba[illegible]

*Baccæ Juniperi* quoque inter ſe dif-
erunt duplici modô, *quantitate* videli-
et & *colore*: *Quantitate*, quòd nempe aliæ
nt & dicantur *Majores & majori* prove-
ientes *Junipero*, & hæ magnitudinem
barum & nucum corylinarum æmu-
ntur, quales inter peregrinandum in
piâ provenire ſe vidiſſe in agro Nea-
olitano maris Tyrrheni aſſerit *Crollius*
*de ſignatur. p.57.* Imò & Baccas junipe-
Gallarum magnitudine dari *ex Bellonio*
mjam adduximus. Aliæ ſunt & di-
ntur *Minores*, quæ ortum ſuum à mi-
ori deducunt *Junipero* piſi magnitudi-
em non excedentes.

*Differentiæ baccarum Juniperi.*

Singularis quoque fructus junipe-
ni meminit *Tabernæmontanus lib. 3.*
*erbar. part. 2. cap. 10.* quem *à majori ju-*
*pero Germanicâ* ortum ducere dicit,
ſumque fructum magnum & verruco-
m depingit.

*Coloris ratione* differunt *baccæ juni-*
*rinæ*, quòd aliæ inveniantur *colore cæ-*
*leo* præditæ, à *Junipero Majori Illyricâ*
ovenientes; prout *Lobelius p.629. obſerv.*
tumat. Aliæ *rubro* ſint inſignitæ *colo-*
*à Junipero majori*, *Oxycedro* vulgariter
ctâ, provenientes, teſtantibus Autori-
is ſupra citatis; aliæ *nigra* invenian-
r & hæ maturitatem acquiſivêre in no-

C ſtris

ſtris regionibus, aliæ *virides*, quæ ad m[...]turitatem nondum pervenerunt.

*Differentia Gummi Juniperini.* Tandem & *Sandaraca ſeu Gumm[...] Juniperinum* notatu dignam præbet d[...]ferentiam, cum *duplex* detur *Sandara[...] una Græcorum, altera Arabum. Græ[...]rum Sandaraca* ſignificat Icibum apu[...] quô, dum operantur, utuntur, qui ſæ[...] invenitur in favorum inanitatibus [...] poſitus, amari ſaporis vel cerugin[...] mellis genus teſte *Ariſtot. 9. hiſtor. 40.* [...] *Plin. lib. 11. cap 7. 2.* ſignificat quoq[...] *Sandaraca* apud Græcos *Auripigment*[...] exitioſum venenum metallicum. A[...]bum verò *Sandaraca* hujus eſt loci[...] *gummi denotat Juniperinum.* Ne q[...]

*Nota de præſcriptione Sandaracæ.* itaque vocum affinitate decipiatur, o[...]mum eſt, ut in formulis medicorũ dif[...]rentiæ ergo, quoties *Gummi Juniperin*[...] ſub nomine *Sandaraca* præſcribitur, [...] datur *Sandarac. Arab.* ne ab imper[...] error maximè noxius perpetretur & [...] *gummate Juniperino Auripigmentum* [...]hibeatur, cùm notum ſit, quod Aurip[...]mentum primas ferè inter venena ten[...] & malignitate ſuâ vitæ noſtræ balſa[...] inſidietur, ut non modò intùs aſſumt[...] ſed extrinſecus adhibitum horrenda[...] citet ſymptomata, quo de triſtiſſima[...] tant exempla apud *Salam in Ternar.* [...] *Zoard. Salmuth, Cent. 2. obſerv. 96.* *Hæ*[...]

*ſte*[...]

*[P]eter. Decad. 9. obſervat. 2. p. 210. D. Am-[m]ann. Med. Crit. caſ. 60. p. 306.*

## CAP. IV.

## [L]OCUM NATALEM, CULTU-RAM ET TEMPUS JUNIPE-RI OSTENDIT.

[C]Um non omnis ferat omnia tellus, meritò in locum natalem *Juniperi* in-[q]uirimus. Provenit *Juniperus tàm Ma-[jo]r, quàm Minor*, variis in locis. *Major* [p]ræcipuè naſcitur in ASIA, GALLIA, ITA-[LI]A, præcipuè ad *mare Tyrrhenum*, ut & [in]ter *Calpen & Malacam*, *Bœticæ* item & [G]*alliæ Narbonenſis* ora maritima, ſicuti [j]am ibidem obſervavit *Cluſius loc. ſupr. [c]at. & Crell. loc. ſupr. cit.* In Galliâ eam [p]ræcipuè obſervavit *Ruellius*, ita enim [li]*b. 1. de natur. ſtirp. cap. 90.* inquit: Mon-[te]s amat, in planiſſimis naſci recuſat. [Pl]erique colles in Galliâ montiumque [ju]ga junipero pubeſcunt &c. In HISPA-[NI]A vaſtam naſci Juniperum teſtis eſt [Cl]*nius*. GERMANIA noſtra incompara-[bi]li hoc Theſauro quoque largiſſimè eſt [d]ædita, & in ejus provinciis ubique ferè [in] copiâ inveniuntur *Juniperi*, cum in [Se]*ptentrione* etiam *Juniperos* naſci præter [Da]nos medicos hodiè celeberrimos te-[ſta]tur quoque *Olaus magnus Gothus lib. 1. [de] gentib. Septrional.* Unica *ſylva Hercynia*

*Locus natalis Juniperi.*

*Juniperum* non poſſidet, de quo ita *Ma-gnific. & Experientiſſ. D. D. Frommannus Conſul & Phyſicus Northuſanus meritiſſi-mus* in literis ad me datis: Non memini me vidiſſe *Juniperum* in montibus Her-cyniæ, neque *Johannes Thalius* Medicus quondam & botanicus noſter percele-bris in herbario ſuo ullius facit mentio-nem. Cauſa hujus eſſe poteſt, quod *Juniperus* referente *Matthiolo pag. 53. epi. plantar. ex Plin. lib. 6. cap. 18.* inprimis fe-liciter creſcat in collibus & montibus, a-rido præſertim tractu, jam verò montes Hercyniæ pingvi gaudent tellure, quod ex uberrimo graminis & paſcuo-rum proventu ſatis colligi poteſt, ſicque ob abundantiam alimenti ibidem fe-liciter germinare fortaſſe nequeunt, vel proventus *Juniperorum* ab exhalatio-nib9 metallicis ſummè noxiis, qvæ ab in-latentibus mineralibus proveniunt, im-peditur.

*Juniperus non viſa in montibus Hercyniæ.*

Variis quoque aliis in locis & Pro-vinciis *Africanis, Aſiaticis & Europæis*, imo & *Americanis* provenit *Juniperus* & pau-ca terrarum loca ab uſu ejus exclu-dun-tur, ex quo ſumma Summi Creatoris e-luceſcit Sapientia, ut vitæ hunc incom-parabilem Theſaurum non parcè, ſed a-bundè omnibus propemodum morta-libus, ob tam varia ſtupenda & admira-

cc

commoda conceſſerit. Inprimis & THURINGIA noſtra hôc πολοχεήςω ſuperbit decore, ubi in ſylvis & montibus inculta copioſiſſimè provenit *Juniperus*, ita ut multa dentur *junipereta* ſatis ampla, ſicque aliis uſum *Juniperorum* deſiderantibus pro voto inſervire queat, hîc verè quadrat dictum Salvatoris noſtri: Accurrite mortales & ſine pecunia emite & colligite.

Cur autem plantæ incultæ felicius creſcant quàm quæ maximâ adhibitâ diligentiâ excoluntur, rationem non incongruam ſequenti incluſam ſimili *Æſopus* tradidit, *inquiens*: Sicut mater liberos à ſe prognatos majori amoris cultu proſequi ſolet quàm privignos, licet illi optimè commendentur, cum amor innatus & naturalis ςοργὴ ſemper prævaleat, ſic & terra plantarum ſponte provenientium mater eſt, illarum verò quæ illi inſeruntur noverca, propterea ſemper curam gerit majorem ſponte provenientium, quàm aliarum illi inſertarum, ideoque & illæ felicius creſcunt parum licet diligentiæ ſi adhibeatur. Ex illarum numero & noſtra eſt *Juniperus* filiusque naturæ audit proprius inculta feliciſſimè creſcens & progerminans. In hortis tamen quandoque *Juniperus* colitur, cùm ob uſum medicum, tùm ut ar- *Plantæ incultæ felicius creſcunt quam ſativæ & Cur?*

matâ quaſi vi manuque delicatul[...] plantas ab incurſu animalium nocen[...]tium defendat, ſepis loco viridariis c[...]cumvallata, ibique tunc ſatis felicit[...] imò in arbuſculæ vel fruticis mol[...] jucundo creſcit ſpectaculo, ſicut in Ho[...]to Illustrissimæ Aulæ Sondersh[...]sanæ, multis raris plantis refertô, [...] quo etiam ante XV. annos rariſſim[...] Aloes Americanæ flos conſpici lic[...] tales *Juniperi* inveniuntur.

*Aloë Americana Sondersbuſana.* Sed cum de Aloe jam dictâ n[...] vel parùm literarum monumentis co[...]gnatum ſit, lubet hîc inſerere depict[...] & ære excuſſam ipſius delineationem[...] ſequentem ſubſcriptionem, quæ in m[...]pâ, in qua delineata eſt, videtur. A[...] Americana. Flos hic admirabilis & [...]roicus in *Horto aulæ Illuſtriſſimæ Sond[...]huſanæ* cum aliis raris & exoticis p[...]tis conſpici potuit, qui XL. & quod [...]currit annos in jam laudato horto loc[...] tenuit. Tota ejus ætas L. fuit annor[...] *Anno 1662. de die XVI. Maji uſque a[...]nem Septembris* in tantam excrevit [...]gitudinem, ut altitudo ipſius *XXIV.* [...]*des digitoſque duos* æquaverit. *XII.* [...] caudex uſque ad primum ramum lo[...] fuit, altera longitudo usque ad fi[...] etiam *XII. pedes & duos digitos* [...]tinuit. Foliorum longitudo ma[...]

ALÖE AMERICANA, QUÆ SONDERSHUSÆ,
anno 1662. Floruit pag. 30.



p. 231,



VI. *Pedes cum dimidio*, minima *à duo-*
*s ad tres* ſe extendit *pedes*, numerus il-
rum fuit LX. exceptis illis, quæ inter-
um periêre ob tempeſtatis & aëris inju-
as, ramorum tàm magnorum quàm
rvorum fuit XXXV. ex quibus lon-
iſſimus *duos pedes cum dimidio* in longi-
dine ſe extendit, Florum numerus
o quantitate ramorum fuit CL. CLX.
LXX. usque ad ramos minores, quo-
m nonnulli LXX. vel LXXX. continue-
nt, ita ut tota Summa omnium in hâc
*loë* contentorum floſculorum 3500. fue-
t. Et hæc eſt vera de ALOE SONDERS-
ISANA narratio.

Aliam adhuc *Aloën* florentem vi-
ere nobis contigit in *pago Schlewen*
ſcto, non procul ab *Academiâ Salanâ* ſi-
, de cujus ſucco, qui in floribus conti-
batur & ſaporem melleum & amarum
æ ſe ferebat obſervavimus, quod ex
re epotus & aſſumtus (quantitas ejus
ʒiß ad ʒij ſe non extendebat) ter qua-
rve alvum leniter moverit, unde vis
rgans tali ſucco non denegenda vide-
r.

*De Aloë Slewizenſi obſervatio.*

Sed redeamus ad noſtram *Junipe-
m.* In locis Orientalibus in tantam
ſurgere molem Juniperos, ut & ædibus
uendis ſint idoneæ, ſupra jam dictum
. O invidendam felicitatem!

*Tempus Juniperi.*

TEMPUS *Juniperi* quod concerni viret illa æſtate & hyeme, inprimis aa tem, referente *Nobiliſſimo & Experientiſſi- mo D. D. Andrea Mackio, diverſorum Principum ut & Archiatro Rudolphopolita- no Schwarzburgico meritiſſimo* in liter *d. 31. Maji 1677.* ad me datis, notatu d gnum eſt, quòd per integrum licet an num vireat hæc arbor, *menſe* tamen *Ma- jo* potiſſimum vigere animadvertatur.

*Floris Juniperi.*

FLORERE dicitur *Juniperus*, cum rudi menta exigua baccarum formâ oblon & colore luteo apparent, qui colo avolet ſuccedunt & videri poſſunt bacc minutiſſimæ, colore viridi, licet hîc co tradicat *B. D. D. Hofmannus*, qui junip rum fructus ferentem non florere dic *lib. 4. Clav. Pharmaceutic. Schröderi §. 192. pag. 492.* Hoc enim ipſi contr riatur experientiæ, floret enim tàm *Ma* quàm *Fœmina*, ſed nullæ poſt florem *Junipero Mare* apparent baccæ, ſicuti l quilibet in *Junipero* ſpectare poteſt.

*Ligni Juniperini colligendi.*

LIGNUM JUNIPERINUM ad uſ medicum ſi expetatur, cædendum ill jubent Autores menſe Martio, tunc e odorem pollicentur ſvaviorem.

*Baccæ quando colligendæ.*

BACCÆ JUNIPERI colligantur in turæ, tempus colligendi optimum eſt ca medium Auguſti & finem Septe bris, ſeu ut alii dicunt exiſtente Sol

ſi

gno Virginis, quo pleræque maturita-
m acquiſivêre & ad elaborationem
edicamentorum idoneæ exiſtunt.

Fungi.

FUNGI cum potiſſimùm menſe Ma- *Juniperis* adnaſcantur, ideò & tunc mporis colligendi ſunt & ad uſum as- rvandi.

*Gummi juniperini.*

GUMMI JUNIPERINUM, quoniam æ- tis tempore effluit & ſenſim indu- ſcit, colligi poteſt, quando aliquam quiſivit duritiem & quidem eâdem tate, quâ ex *juniperis* effluxit.

*Modus colligendi.*

Circa *modum colligendi* nihil ſingula- obſervandum, *juniperus* enim leviter rulâ percuſſa, libens dona ſua commu- unicat abſque ullo periculo, niſi fortè rtunâ aculeis ſuis incautos lædat, vul- re tamen haud periculoſô; atque ita n metuendum eſt periculum, cujus entionem *Ereſius* in collectione Hel- ori, innocentis tamen hâc in parte, cit *lib. 9. hiſtor. plantar. cap. 9.* dum eo- m numero adſcribit Helleborum, μὲν ἐπισινεῖς αἱ δυνάμεις: Ἐξάπτειν γὰρ σίν, ὥσπερ πῦρ καὶ κατακαίειν τὸν ἑλ- βορον, ἐπεὶ καὶ ταχὺ καρηβαρεῖν ποιεῖ, ὐ δύνανται πολὺν χρόνον ὀρύττειν: ἐὰν ρ ἡμέρας καὶ ὁ φθῆ τις ὑπὸ δρυοκολάπτου μὲν καρπὸν ἀπολέγων, κινδυνεύει τοῖς θαλμοῖς, τὴν δὲ ῥίζαν τέμνων, ἐκπίπτει ν ἕδραν. *Helleborum inc naere & ignis*

 *inſtar*

*inſtar urere ajunt. Mox ille caput aggr… vat, nec diu illum effodere poſſunt: Nam… interdiu fractum & à pico Martio collig… quis videatur, oculis periclitabitur, Ra… cem autem ſecanti ſedes procidit.*

Tale periculum hîc non metu… dum eſt, ſed collectio ſine noxa fieri … teſt, pro colligentis lubitu cum … luptate.

## CAPUT V.

## QUALITATES ET VIRTUT… JUNIPERI EJUSQUE PA… TIUM CONSIDERAT.

JUNIPERI *qualitates* nunc attingere… dinis poſtulat ratio, quoniam … *Juniperus* diverſas partes conſideran… habet, & diverſimodè illæ conſidera… veniunt.

*Ligni qualitates.* *Lignum Juniperinum* calidum… ſiccum eſſe gradu tertiô, omnes … conſentiunt Botanici, id quod & *Gal…* *affirmat lib. 6. de ſimpl. med. facultat… m. 1072.*

*Baccarum qualitates.* *Baccarum Juniperi* temperam… tum *Schrödero lib. 4. Pharmacop. …* *Chym. p. 88.* calidum eſt gradu tertiô… ſiccum gradu ſecundô, *Galeno* verò … *locô.* ut & *Sennerto lib. V. Inſt. part. 1. ſe… cap. 3.* ſiccum gradu primo.

*Gummatis* *Gummi Juniperinum, Sandarac…* *ra…*

[...]*um ſeu Vernix* dictum, calidum itidem *tis quali-*
[.]iccum eſt *Schrödero* gradu primo, *Ma- tates.*
[..]*o lib. 2. promptuar. mater. med. cap. 3.*
[.]*. 1. & 3.* calidum eſt gradu ſecundo &
[.]cum gradu tertio. *Sennerto locô allegatô*
[.]idum eſt & ſiccum gradu quarto, Aliis
[.]idum & ſiccum eſt gradu ſecundo.
[.]tantum de *qualitatibus.*

De VIRTUNIBUS *Juniperi* ejusque *Vires Juniperi.*
[.]rtium acturi unde ordiamur neſci-
[.]s, ubi finiamus ignoramus, cum illa-
[.]n tot ac tantæ ſint, ut pro merito illas
[.]mmendare vix licitum ſit, non enim
[.]ùm ſedentibus requiem, ſed & ve-
[.]ntibus ſaturitatem, major præſertim
[.]*iperus*, imò ægrotantibus ſanitatem,
[.] mortuis incorruptibilitatem conci-
[.]re conatur, ut proinde *Panacea*, licet
[.]em dari à multis dubitetur, haud in-
[.]mmodè dici mereatur. Si enim Di-
[.]tivum expetas, ſi Diaphoreticum
[.]tes, ſi Diureticum cupias, ſi Bezoar-
[.]um deſideres, ſi cephalicum, ſi oph-
[.]lmicum, ſi oticum, ſi pectorale, ſi ſto-
[.]chicum, ſi hepaticum, ſi h[...]
[.]ephriticum, ſi anti[...]
[.]mentũ efflagites[...]
[.]atium & au[...]
[.]ndibili no[...]
[.]oque & J[...]
[.]tione nor[...]

vires ſuas & virtutes tentare & experi
qui cupit, judicio relinquam, cum &
ſequentibus patebit, quantis poll
viribus *Nobiliſſima noſtra Juniperus*, id
verè *Ambroſius, allegante Urſino*
*Commoda Juniperi ſunt plurima, at om*
*Chriſtus*
*Janua, menſa, quies, Vis, medicina, ſal*
*Arboret. Bibl. cap. citat.*

Inprimis autem conſideratione
gnum eſt, quòd *Juniperus* quanta qua
ſit, nil niſi utilitas ſit, cum nihil plan
illâ inveniatur, quod uſibus hum
non ſit accommodatum.

*Fruticum Juniperinarum Vires.*

Sic in totâ ſubſtantiâ *frutex* ſſ
tuum loco uſurpatur, ſicut illâ regna
peſtilenti contagio *Venerandus ſenex*
*pocrates* uſus eſt in *Inſulâ Coo*, ubi ju
ut incolæ illius ubivis locorum Juni
frutices colligerent, comburerem
mneſque plateas domique partes
perfumarent, id quod tantæ oper
nis fuit, ut in toto hujus Inſulæ diſt
nemo hac lue fuerit infectus aut m
us. Sic & hodiè quoque integri
... ad ſuffitus crebrò adhi
... jucundum ſolùm præ
... ſed in aëris etiam
... datione commo
... mnendum, qu
... alia venenata fu
&

fugare aſſerat *Tabernæmonanus* in Artz-
Buch *p. m.* 561. Hinc etiam nonnulli
ea ſunt opinione, ut putent, *Draconem*,
*odem aurei velleris*, remedio ex *ramo*
*niperino* confectô ſoporatum fuiſſe,
ncque tradit rationem ſæpe *citatus Ur-*
*s* cur Medea *Juniperi ramo* uti volue-
contra *Draconem*, non quòd venena-
ſit *Juniperus* aut ſoporifera, ſed quòd
nenis reſiſtat, ſicque Jaſonem à vene-
tutum conſervaverit.

*Corticis Juniperini Vires.*

CORTEX *Juniperi* ſingularis prædi-
ur efficaciæ & adſtrictionis, unde
eſentaneam in nimio menſium fluxu
eſtare operam teſtis eſt jam citatus
*peræmont. lib. cit. p.* 385. & 414.

*Ligni Juniperini vires.*

LIGNUM JUNIPERINUM pluribus ſca-
utilitatibus, in genere dicitur eſſe
phalicum nervoſumque genus inſi-
iter roborare, unde raſura ejus in cu-
phis haud infrequenter adhibetur, re-
ente *Schrödero loc. citato*, & præparata
ligno, quorum multas exhibet formu-
, in dictis affectibus præſentaneam
eſtant operam, quin & quajaci virtu-
n æmulari dicat J. *C. Claudinus d. in-*
*ſ. ad infirm.*

*Baccarum Juniperi Virtutes.*

BACCAS *Juniperi* quod attinet ea-
n virtus nobiliſſima eſt & variè ab
toribus commendantur in quam-
rimis corporis humani affectibus.

*Sper-*

*Sperlingius lib. 7. Inſt. Phyſ. cap. 7. p. 100.* *Juniperi*, inquit, *baccæ* ſtomacho utili ſunt, ſiccant & calefaciunt & contra pe ctoris vitia, ut tuſſim & inflationes va lent.

*Johannes Renodæus lib. de mater. me ſect. 6. cap. 31. p. 260.* ita de illis diſſeri *Baccæ Juniperi* calefaciunt, ſtomaco proſunt, urinam movent, craſſos & viſ dos humores expurgant, contra inf tiones, tormina, ſerpentum ictus, tuſſi pectoris vitia utiliter dantur & antid tis convenientiſſimè admiſcentur.

Inprimis *Baccæ Juniperi* inſigni uſum obtinent in maligno & peſtif aëre indeque natis affectibus adhib tantique pretii æſtimatæ, ut juxta *Bell Dialog. de balſamo cap. 6. pag. 75.* Vene omnes pharmacopolas conſilio Gra ſiſſimi atque Excellentiſſimi Coll Medicorum in componendâ Theriac Mithridatio pro veris balſami fructi ſubſtituerint, id quod etiam confirm *Georgius Melichius Auguſtanus & Ph macopæus Venetus* ſeque aliosque *loco o pobalſami baccis juniperinis* uſos fu affirmat in pomposâ ſuâ Theriacæ an 1573. confectione in urbe Venetiar inſtitutâ *Commentar. de rect. medicam parandi ration. p. 83.* Præterea, præ om bus verè excellunt *baccæ juniperin*

lendo calculo & urinis ſimplici modô
rpatæ. Hinc notum eſt DUCEM
RTENBERGENSEM in conventu Smal-
dico docuiſſe B. D. LUTHERUM gra-
ſimè ex calculi doloribus decumben-
o præſentiſſimum eſſe remedium, ut
eret recentem ollam *Juniperi* bac-
recentibus ad dimidium usque im-
tam ac cum vino & aqua ad tertiæ
tis conſumtionem coqueret, hujus-
decocti hauſtum unum vel alterum
eret. Similem vim *Aſſuerus P. P. olim*
*ochienſis* vidit in *Johanne Domanno,*
*ium Hanſeaticarum quondam Syndico*
*erali ac Roſtochienſis Civitatis ſpeciali,*
cum omnem uſum medicamento-
internorum reſpuiſſet, externa verò
torum generum fruſtrà eſſent admo-
andem ex ſolius & ſimplicis infuſi
carum juniperi cum vino Rhenano
hauſtu baccisque aliquot dentibus
tritis & deglutitis hoc obtinuit, ut
ulos cum urinâ rejecerit tàm multos
m magnos, quorum nonnulli ma-
udine piſum adæquarent, nonnulli
m ſuperarent, & præterea calculoſæ
anoſæ materiæ & ſabuli copiam pro-
incredibilem, ſicut videri poteſt in
utatione *Dni. Aſſueri de calculo cap. 15.*
*. Crollius in libro de Signaturis* ſingu-
m *Juniperi baccis* attribuit uſum di-
citque

citque experientiam demonſtrare, q
proſint maximoperè à Spiritibus m
gnis obſeſſis & hancce vim illarum im
tæ attribuit cruci, quæ in ſingulis bacc
præſertim majoribus conſpicitur.

*Noxa Juniperi.* Quemadmodum maculæ tubo
tavo in medio etiam Solis diſco quam
que apparere conſpiciuntur, quæ tam
notante Voſſio *lib. 2. Idiololatr. cap*
*p. 313.* non ſunt in Sole, ſed ſub ſole,
nâ tamen ſuperiores, & videntur
venire coaleſcentibus pluribus cor
ſculis opacis, ſic & has recenſitas alia
plures eximias virtutes poſſidet quic
Juniperus cum ſuis partibus, vitiis
men nonnullis arguitur, ideoque
inquit *Galen. lib. XI. meth. med. cap*
ὧν δυσχερές ἁπάντων εἶναι εὑρεῖν τὸ βοήθ
τοιοῦτον, ὃ μηδὲν βλάπτον ὀνήνησι
γάλως *Difficillimum eſſe invenire re*
*dium tale quod citra ullam læſionem &*
*xam magnificè proſit.* Et ſic in *Juni*
reprehenditur quòd *Virgilius* umb
illius cantantibus vel cunctantibus
vem appellet, & credatur umbram ju
peri caput gravare & ſomnos induc
quo de videri poteſt *Scr. Zoner. N*
*liſs. Dn. Præſidis p. 123.* unde letha
dici ramum *à Valerio Flacco lib. 8. verſ.*
*refert Urſinus in arboret. Bibl. cap*
*p. 276.*

1

Imò & in quibusdam *Codicibus Dioſcoridis* legi teſtatur *Ocyorus in XX. Experimentis antipeſtilentialibus* ramenta ligni Juniperini devorata aut epota homines interimere, quod tamen falſum eſſe docet *Matthiolus*. Quin potiùs Decoctum ramentorum ligni Juniperini ad podagram commendet *Solen. in ſuis conſiliis p.* 439.

*Galenus lib. 2. de aliment. p. m. 383.* & laudes & vitia *baccarum Juniperi* his verbis delineat: *Juniperi fructus acris admodum eſt cum exiguâ dulcedine & minori adſtrictione, habet autem aromaticum quiddam, unde conſtat, quod calefaciat, omne enim aroma calidum. Hepar autem & renes purgat, ſuccos craſſos, & lentos tenuat, unde medicamentis ſalubribus admiſcetur. Cæterùm alimentum præbet exiguum, at largius ſumtum mordet ſtomachum, caput calefacit ob idque ipſum replet infeſtatque doloribus, ventrem nec proritat nec cohibet, urinas tamen mediocriter vacuat.* Noxæ Olei Juniperini videantur *in anno ſecundo miſcell. Curioſ. p.* 27.

Cum autem *vitia* hæc *Juniperi* recenſita partim planè falſa, partim verò ſecundum quid ſaltem vera ſint, ſi nempe nimio uſu in abuſum vertatur, quamobrem etiam *D. Bauhinum* uſum, ſeu potius abuſum decocti juniperini ex baccis

confecti improbaſſe *legimus cent. 6. obſerv.* *Fabric. Hildan. obſ. 51.* ideò tamen tantu Theſaurus ob has rationes non reform dandus, ſed potiùs imitemur, ut aliàs ſſ lemus, incolas Galliæ, de quibus dicitu quòd Circio vento Regionem illorum in feſtanti, licet ædificia illorum conqua ſaverit, gratias tamen egerint, quonia ſalubritatem cœli ſui huic vento debe olim autumabant, id quod & Auguſtu Imperatorem movit, ut Circio ven templum, cùm in Galliâ moraretur, voverit & fecerit, teſtante *Senecâ lib.* *Q q. Nat. cap. 17.* Sic & nos levibus hi terroribus ab uſu *Juniperi* ejusque par um deterrere non patiamur, cùm ab mnibus periculis, mediocritatem ſi c ſervemus, non ſolùm tutiſſimi eſſe po mus, ſed ampliſſimis quoque ipſius v tutibus frui queamus, quoniam va inſervit medicamentis præparandis ſuſtentationem ſanitatis neceſſariis *niperus* & multas eorum formulas par illius ingrediuntur, quas hûc referre j non licitum, ſed ex infrà dicendis clar patebit.

Coronidis loco addere lubet en mium ſequens, quô *Juniperum ejus baccas* deprædicat *D. Johann. Jo. Becherus in Parnaſſ. Med. Illuſtrat. part* *p. m. 43.*

Wa

Wachholder Holtz erwärmt/ und
ſtärckt die Nerven ſehr/
Der Dampf davon der thut der
Peſt ein Gegenwehr/
Den Harn befordern ſie/ die Beer-
lein/ öfnen auch/
Im Blehungen des Leibs ſind ſie
offt im Gebrauch/
Wacholder Oel iſt zu den lahmen
Gliedern gut/
Es ſtärckt und reiniget das Hertz
und auch das Blut.

Conſideratô *Juniperi* & partium ex quibus conſtat uſu, nunc ad illas *Juniperi* partes, quæ illi adnaſcuntur, vel ex illâ proveniunt, accedimus harumque uſum etiam ſpectamus.

*Fungum*, qui *Junipero* adnaſcitur, aquæ inſervire ophthalmicæ dicit *Schrö-derus loc. ſæpius allegat. Tabernæmontanus* in Artznei Buchs *part. 1. cap. 12. p. 108.* aquam ex eodem fungo manuum tremorem, ſi illæ hâc crebrius laventur, tollere teſtatur *Nobiliſſimus D. D. Martinus Bernhard de Berniz faſcicul. 2. medicament. ſecretior. Cnöffelianor. titul. 25. p. 184. in appendic. ad annum ſextum & ſeptimum Ephemerid. Med. Phyſ. Natur. Curioſior. in German.* de Liquore ex fungo *Junipero* ita diſſerit: Liquor iſte virtute eâ eſt

*Fungi Juniperini uſus.*

præditus, ut membris paralyticis (juncturis quotidie bis inunctis) applicatu[m] omnem contracturam perfectè ſane[t], quod certè ſummum eſt arcanum, ip[ſa] etiam ſignaturâ præbente argumentu[m]. Quare etiam ab arthritide confectos a[r]ticulos eundem liquorem reſtaurare corroborare neceſſe eſt. Experime[n]tum dictis faciet fidem.

*Sandaraca efficacia.* De *Sandaraca* Virtutibus mul[ta] paſſim apud Autores occurrunt, inp[ri]mis verò *Gummi* hoc diſcutit & conde[n]ſat utileque eſt in capitis, dentium, p[e]ctoris, uteri, nervorum & catarrhoſis a[f]fectibus internè & externè adhibitu[m], quin & viribus ſuccinum æquare & hujus defectu illi ſubſtitui poſſe, ſi dup[la] videlicet illius quantitas recipiatur, a[ſſe]tumat *Lonicerus in herbario ſuo p.m.91.*

## CAP. VI.

### PRÆPARATA EX LIGNO JUNIPERINO RECENSET, E[I]QUE, EX CORTICE E[T] FUNGO JUNIPERI QUÆ PARANTUR, ADJUNGIT.

*Præparata ex ligno Juniperi.* CUm *Juniperi* uſus tàm nobilis & m[ul]tivarius ſit, ideoque ex illa ejusq[ue] partibus & multa variaque præparant[ur]

mec

medicamenta & aliorum ingrediuntur compoſitiones ſeu formulas, de quibus nunc agendum. Sed cum omnia præparata *Juniperina* uno hoc complecti capite nimis prolixum foret, ſatius eſſe putavimus hôc ſaltem includere capite *ea præparata ex ligno, cortice & fungo Juniperino* quæ conficiuntur, de reliquis in ſequente capite tractaturi.

Ex *ligno Juniperino* octo diverſa Præparatorum oriuntur genera, ut 1. RASURA, 2. DECOCTUM, 3. INFUSUM, 4. SPIRITUS, 5. OLEUM, 6. EXTRACTUM, 7. MELLAGO, 8. SAL.

Arte Mechanicâ quoque ex hoc ligno parantur *pyxides odoriferæ*, quibus poma ambræ includi poſſunt, ut & *pocula* ſingularis uſus in diverſis affectibus. De ſingulis nunc dicendm.

RASURA ex ligno quomodo paretur & lippis notum & tonſoribus, ideò de modo parandi nihil monendum. Uſus hujus *raſuræ* varius eſt, variasque ingreditur medicamentorum formulas. Inprimis verò in *ſuffimigia* ad aërem purificandum & alterandum crebrò adhibetur. Paradigmatis locô exhibemus ſpecies ſequentes ſuffimigiis domeſticis idoneas, quas in catarrhis & tempore peſtilenti adhibendas ſvadet *Conrad. Kunrath. Tractat. 20. Medull. deſtill. p. 425.* *Raſura ingreditur*

*Suffitus.* ℞. *Succin. citr.* ℥iv. *Gumm. Junip.* ℥ii
*Maſtich.* *Storac. calam.*
*Thur.* ãã ℥j. & ℥ij.
*Raſur. lign. juniper.* ℥iij. *Santal. citr.* ℥
*Bacc. Juniper.* ℥ij. *Fl. roſar. rubr.* ℥ii
Craſſiusculè contuſ. & conciſ. Miſc. p
Spec. ad Suffit. S. Rauch-Pulver.

Ad ſuffitus pertinent quoque Can-
delæ pro fumo, quarum formulas tàm
gnum, quam baccæ & *Gummi Junipe*
ingrediuntur, quarum variæ dantur de
ſcriptiones in diſpenſatoriis, ex quib
præ reliquis arridet ſequens, terno utp
te juniperi partium uſu nobilitata, c
ſcriptio, in aëris impuritate corrigen
ſingularis efficaciæ.

℞. *Lign. juniperin.* *Cupreſ. Aloës* ãã ℥
*Gumm. Juniper.* ℥ij. *Thur. Maſtich.*
*Candelæ pro fumo.* *Succin.* ãã ℥ß. *Storac. calam. Benz.* ãã ℥
*Ladan.* ℥j *Bacc. juniper. flor. anth.* ãã
*Carbon. tiliæ* ▽. *lavend. irrorat.* ℥iv.

Subtiliſſimè pulveriſata Miſc. & cu
Mucilagin. Tragacanth. ▽. roſar. fa
qſ. F. l. a. Candelæ pro ſuffitu.

*Cucuphis* quoque *raſura ligni juni-*
*Cucuphas.* *rini* ſæpiſſimè additur, quoniam ſingu
res obtinet vires in cerebro nervoſoq
genere confortando. Formulæ eor
ſunt notæ. In dolore capitis cum v
tig

gine ſequentia cum ſucceſſu applicare
on ſemel vidimus.

℞ *Fol. majoran. rut. verben. ſerpill.* āā *pii*
*Flor. anthos. prim. ver. lil. conv.* āā *pi*
*Rad. rhod.* ℥ij. *Lign. Juniperin.* ℥ß.
*Storac. calamit. benz.* āā ℈ij.
*Camphor* ℈j.

Craſsè contuſ. & conciſ. Miſc. D. in chart.
Species zum Häublein.

DECOCTA ex *ligno Juniperino* extant implicia & compoſita, *Simplex Decoctum* in dentium doloribus, capillorum itiis aliisque affectibus commendatur. Compoſitis Decoctis variè admiſcetur.

*Decoctum lign. juniperi.*

Singulare Decoctum Hydropicum deſcribit *B. D. D. Schenckius P. P. Jenensis meritiſſimus, Præceptor olim meus honoratiſſimus, in Syntagmate præſcrib. & componend. medicament. cap. V. p. m. 124.*

℞ *Lign. Quajac. raſpat. Juniper.* āā ℥iij.
*Rad. Sarſaparill.* ℥ij. *Fol. Veronic.* Mß.
*Paſſular. minor.* ℥ß.

Infund. in ▽. fontan. ℔iij. ſtent per ♀ … ♂, poſtea ebulliant ad conſummationem dimidietatis, Colaturæ ℔iß. adde

*TRæ Violar. c. Spir.* ⊕ *li parat* ℥ijß.
*Eſſent. liquid. ſcord.* ℥ß.

Miſc. S. Schwitztranck auf etzliche mahl
Doſis ℥iv. pro unâ vice.

Reſidentiæ iterùm affund. ▽. fontt
℔v. coqu. ad dimidietat. conſum
Colatura detur propotu ordinario. Ed
coretur vino granator. ribium &c.

*Infuſa ex ligno juniperino.*

INFUSIS variè inſervit *lignum j niperinum* inprimis vino vel cereviſiæ *gni juniperini ramenta* ſi infundantur, res illis integras conſervare & ab ii aciditatem & corruptionem arcer multis dicitur & per experientiam probatur.

*Vinis & Cereviſiis medicatis idem gnum* ſæpe admiſcetur, ſicut ex infer ribus patebit ideò infuſis diutiùs im rari nolumus.

*Spiritus ligni Juniperini.*

SPIRITUS ex *ligno Juniperino* el tur ſequenti modo:

℞ *Lign. Juniperin. raſpat. vel cr concif. q. v.* Retortæ vitreæ vel terreæ bè lutatæ committe illique recepta lum magnum & amplum adjun ignis gradibus rectè adminiſtratis pri exſtillat phlegma, quô apparente ig aliquatenus auge & ſequentur Spir nebuloſi magno cum impetu, ita, u moderaminis ignis fines transgre fueris, Vas recipiens à Spiritu diſrum tur. Cautè itaque procedendum: I clarè enim monet *Renatus des Cartes* *4. Princip. Philoſoph. p. 182.* quòd ignis

is in omnibus ſit obſervandus, eô nim variatô ſemper aliquô modô effe-us variatur. Ita multa corpora lento imùm igni, ac deinde gradatim fortio-admota ſiccantur & varias particu-s exhalant, quales non emitterent, ſed tius tota liqueſcerentur ſi ab initio lidis ignis gradibus torquerentur.

Cum autem phlegma Spiritui ſit dmixtum, ſeparatione eget, modus au-m ſeparationis in hoc conſiſtit, ut Spi-tus cum phlegmate miſtus per alembi-um iterùm deſtilletur, tunc primò ex-illat phlegma. Quod ſi guttæ ſapore pirituosô præditæ ſequantur, tunc ab-inendum eſt ab opere & Spiritus ad ſum reſervandus.

Spiritus hic indolem matris ſuæ ge-t & in affectibus capitis partiumque ervoſarum adhiberi poteſt.

OLEUM ex ligno Juniperino triplici odô præparatur. *Oleum ligni Juniperini.*

I. Eodem modo paratur ac Spiri-us, de quo tamen notandum, oleum po-tremò in deſtillatione Spiritus proveni-e, quoniam olea, *teſte Renato des Cartes part. 4. Princ. Philoſ.* omnium difficilli-mè ex duris & ſiccis corporibus exha-ant, idque non tam △ vi, quâm arte quadam perfici debet: Cum enim eo-um particulæ tenues ſint & ramoſæ ma-

magna vis eos frangeret atque diſcerr
ret, priuſquam ex iſtorum corpor
meatibus educi poſſent, ſed iis affun
tur aqua (ſicuti hoc in ſecundo proc
videri poterit) copioſa, cujus partic
læves & lubricæ, meatus iſtos pervad
tes, paulatim illas integras elicium
ſecùm abripiunt, hactenus *Carteſ.* Qu
do itaque in deſtillatione Spiritus g
quædam liquoris craſſi inſtar poſt Sp
tum egreſſum apparent, tum ignis
gendus eſt, ut fundus retortæ in
deſcat, quô factò oleum odoris fo
craſſum pro voto exſtillabit.

II. Aliô & quidem meliori m
oleum ex lignis quibusdam confici d
*Schröderus in lib. 2. Pharmacop. Med. C*
*cap. 70.* ſi nempe illud per veſicam d
letur, quod ita fieri poteſt:

℞ *Lign. Juniperin. minutiſſimè raſpa*
*ſeparati q. v.*

affund. ∇. fontanæ ſ. q. maceretur
dies aliquot, deinde deſtilletur per
cam, deſtillationem per aliquot dies
gendo & continuando, ut tandem ol
prodire cogatur.

Oleum hoc, ut & omnia alia
modô præparata, volatiliora ſunt &
btiliora reliquis aliâ præparatione
fectis.

III. Per deſcenſum quoque oleum
parari poteſt ſequente ἐγχειρήσει
*Scob. lign. juniperin. minut. conciſ. q. v.*
c imple novam ollam vitreatam, il-
n impone alii vacuæ ollæ in terram
oſſæ, ſubductâ laminâ perforatâ, ut li-
particulis in ſuperiori ollâ contentis
tus ad inferiorem ollam præcludatur,
cturis optimè clauſis & lutatis, ita ut
veſtigium fumi penetrare videatur,
am ſuperiorem igne circumda illum-
e continua, donec putaveris oleum
ne eſſe exſtillatum, ſic ob calorem li-
um in ollam interiorem oleum fundet
copioſum.

Hi ſunt tres illi modi deſtillationis
i ex ligno juniperi, ſequitur nunc ſe-
ratio & rectificatio.

Oleum hoc cum Spiritu ſi permi-
m ſit ſeparatur vel per tritorium, vel
r chartam bibulam, per goſſypium
m propter craſſitiem ſuam ægrè tran-

Modum ſeparationis vide capite
uente.

Rectificatio olei inſtituitur vel ex
curbita, vel ex veſicâ, ſi illud [illegible]
uâ iterùm deſtilletur [illegible]
en, præſertim ſi [illegible]
rtam arenæ mi[illegible]

Vires & uſu[illegible] in [illegible] in af-
ctibus videlic[illegible], qui[illegible] [illegible]
[illegible]

tebunt, inprimis tamen commend
*à Tabernæmontano lib. 3. part. 2. her*
*cap. 10. & Conrad Kunrath. tractat. 2*
*dull. Deſtill.* ad Contracturam, Spaſm
Epilepſiam, Apoplexiam, Tormina
tris omnesque à causâ frigidâ excit
affectus & *D. Johann. Erneſt. in*
*de oleis Chimicè deſtillatis Praxi Chim*
*D. Hartmanni annexô pag. 424.*

***Extractum ex ligno Juniperi.***

EXTRACTUM & quidem gum
ſum ex cortice & ligno Juniperin
gulari methodo ac viâ educit *Quer*
*nus in Pharmacop. dogmatic. reſtitut*
*26. p. 843.* hoc modô.

℞ *Ligni Juniperin. part.* ij.
*Cortic. ejusd part.* j.

Omnia in raſuram redacta i
tur in plura alembica vel vaſa v
magna, capacia, colli oblongi, affu
do optimam aquam vitæ, vini, v
dromelitis vinoſi q. ſ. Clauſis vaſ
quid exſpiret, fiat digeſtio in baln
poroſo calidiori per XII. vel XV.
quo tanto temporis ſpatio menſt
melius rubeſcat & imprægnetur
tincturis. Omnem liquorem cal
cola, feces autem prælo ſc
ime, tunc egredietur l
ndus & oleaginoſus,
nge. Omnibus

alembicum vel cornutam cum ſuo re-
iente inditis fiat deſtillatio, donec
teria in fundo maneat conſiſtentiâ
llis, & bulliendo bullas emittat non
us ac mel ipſum. Tunc calentem
teriam effunde in patinam terream
eatam, aquam frigidam continen-
, & ſtatim coagulabitur alöes aut
mmi inſtar, quam manu exemtam
terges & ſervabis tanquam remedi-
pretioſiſſimum.

Extractum hoc exellens prædicat
loriferum & bezoardicum adverſus
ilepſias, peſtes, affectus contagioſos &
nenatos *citatus Autor.*

MELLAGINES medicamenta ſunt, *Mellage ligni Juniperim.*
quit *B. D. D. Schenckius Syntagmat.*
*ſcript. Claſſ. 4. Sect. 1. cap. 3.* conſiſtenti-
& ſaporem mellis præ ſe ferentia, &
c ipſis appellatio MELLAGO, ex *ligno*
*iperino* ita paratur:

*Lign. juniperin. minutiſſimè raſpat. q. v.*
fund. ▽æ vel Vini totidem, ut 3. vel
digitos emineat. Macerentur in
acido colore per ♇ & ♂ poſtea co-
antur. Decoctum coletur cum vali-
expreſſione, & Colatura ad △ ſen-
n evaporet, ut mellaginis tandem ac-
irat conſiſtentiam, cavendo *ἔμπυ-*
*ρευμα.*

*Sal ligni Juniperi-ni.*

SAL ultimum præparatum eſt e
*gno Juniperi.* Deliteſcit in hoc ligno
⊖ volatile, quàm fixum. ⊖is vo
lis præſentiam oſtendit principium
ſtillationis, ubi veſtigia illius obſer
poſſunt. Fixum ⊖ poſt deſtillatio
Spirit9 & olei excapte mortuo ad a
dinemcalcinatô præparari poteſt pe
xiviationem modô vulgari & conſv
quo de in ſequente capite fuſiùs.

Ex *ligno Juniperino* additis aliis
getabilibus ⊖ compoſitum cephali
parare docet *Illuſtris poſt fata qu
Ro fincius, Præceptor olim meus fideliſſ
in lib. V. Chym. Sect. 1. cap. 16. p. m. 29
298.* quod tale.

℞ *Herb. ſalv. majoran. pentaphyll. prim
rut. tormentill.* ãã Mvi.
*rosmarin. hort.* Mij. *ſylveſtr.* Mxi
*Rad. pœon. ireos flor. tormentill. caryoph
valerian. hort. vincetoxic.* ãã ℥x.
*zedoar. ſarſaparill.* ãã ℥ij.
*Flor. pœon. lil. convall. til. ſambuc.* ãã
*origan. hyſſop. cum cimis.*
*Sem. pœon. ſinap.* ãã ℥vi.
*Bacc. laur. juniper.* ãã ℥vi.
*Lign. ſanct. juniper.* ãã ℔j.
*quern.* ℔iv. *corylin.* ℔vi

Igne apertô comburantur. Ex c
ribus ⊖ proliciatur vulgari modô.

V

Vires Cephalicæ ſunt, cerebri tu-
lam ſuſcipiunt ejusdemque affectibus
edentur: Doſis ℈ß. in Specificis liquo-
bus exhibetur.

PYXIDES ODORIFERÆ & PO-
ILA ex *ligno Juniperi* torno parantur,
omodo autem fiant peritis in hâc re
linquimus. Uſus harum pyxidum non
ntemnendus eſt, cum per ſe jucundô
ô odore Spiritus vitales & animales
creent & pauperioribus loco pomi
bræ inſerviant, multoque magis per-
ratæ odorem pomorum ambræ extol-
nt & adaugent.

*Pyxides odoriferæ ex ligno junipero & pocula.*

Uſus poculorum hominem à ve-
no præſervare dicitur & refert *Augu-
nus d. Bois in deſcriptione* des Egeriſchen
ode Säuerlings *anno 1670.* editâ, aci-
las Egranas à permultis ex vaſis ſeu
culis juniperinis ebibi ad nephriti-
m, ſicuti ſplenetici ex fraxino potare
erent.

Ex *cortice Juniperi* præparatur DE-
CTUM & INFUSUM ad menſium nimi-
n fluxum, *Extractum* fit cum ligno.

Ex *fungis Juniperi* AQUA paratur,
æ fit, dum vitro incluſi ☉is radiis ex-
nuntur, tunc fungi in liquorem abe-
t limpidum & clarum ad varios affe-
us haud inidoneum.

*Præparata ex Cortice & Fungo Juniperi.*

## CAPUT VII.

## PRÆPARATA EX BACCIS GUMMI JUNIPERI PRO PONIT.

*Præparata ex Baccis & Gummate Juniperi.*

EXplicatis, quæ ex *ligno, cortice &* *go Juniperi* præparantur, medicam tis, nunc ad *baccas* & *gummi Juniperi* cedimus & quæ ex illis parantur m camentorum genera videmus.

Ex *Baccis Juniperinis* XVI. e gunt diverſa Præparata, ut 1. SUFFI GIA, 2. DECOCTA, 3. ACETA, 4. MEDICATA, 5. AQUA, 6. SPIRITUS, 7. UM, 8. EXTRACTUM, 9. ESSENTIA, 10. CTURA, 11. ELIXIR, 12, SYRUPUS, 13. CTUARIUM, 14. ROB, 15. SAL, 16. M STERIUM.

*Suffimigia ex baccis.*

*Suffimigiorum* locô ſæpè *baccæ peri* in ſubſtantia adhibentur, eor que formulis admiſcentur, ſicuti pa ex capite præcedente clarum, parti inferioribus quoque patebit.

*Decocta & Infuſa.*

DECOCTIS ET INFUSIS variè que inſerviunt *Juniperi Baccæ.* ( modo autem *Decocta* parentur n eſt, ideò hîc diu morari nolumus, & plebei in Bohemia decoctum ex cis juniperi pro potu ordinario freq ter utantur.

I.

*Infuſæ Baccæ Juniperinæ Aceto* egre- *Acetum Juniperinum.*
ium præbent *Acetum Prophylacticum*
àm ad internos quàm externos uſus in
ëris vitioſâ conſtitutione maximè pro-
cuum. Cùm enim *Acetum* per ſe ipſum
enenis adverſetur & ſecundum *Celſum*
*b. 6. cap.* 27. adverſus ipſos ſerpentum
mò aſpidum ictus ſingulare ſit remedi-
m, multò magis virtutes illius exalta-
unt baccæ juniperinæ, eaque propter
m variè aceta ingrediuntur compoſita,
*Acet. Theriacal. Aug. & Mynſicht. ut &*
*ithridatic. & Zedoartic. ejusd. Sect. 23.*
*rmament. Chymic. p. 362. & ſeqq. deſcript.*
*cet. inſuper Bezoard. F.F. Bezoard. D.D.*
*Spinâ Acet. prophylactic. D. D. Weickar-*
*. Acet. Rutac. comp ſeu antipeſtilentiale*
*F.* quorum deſcriptiones videantur
ud *Schröderum & Quercetanum*, qui eti-
n ſingularem *aceti hellebor ati* deſcripti-
nem tradit *cap. X. Pharmacop. dogm. re-*
*tut. p. m. 691.*

*Hellebori alb. ſelect. trit* ℥iij. *cinamom.* ℥j.
*granor. Juniper.* ℥ß. ✝ti ℔ij.

aſis in cinere poſitis deſtillentur. Pri-
um quod exit candidiùs colligatur ſe-
ſim, ut & ſubſequens ſeorſim colloce-
r.

Primum aperit viſcerum obſtru-
iones, efficax eſt in febribus longis à
legmate vel bile atrâ ſubortis. Item

in uteri & lienis obſtructionibus m
bisque capitis à materiâ craſsâ, viſcid
frigidâ. Secundum plus habet viri
aceti, quàm hellebori, poteſt etiam
in morbis à bile, penetrationem e
promovet. Dantur per ſe ad ℥ß
cum Saccharo vel cum Syrupo m
prorſus moleſtiâ.

*Oxymel Juniperinum.* OXYMEL JUNIPERINUM co
cere cui volupe eſt & huic liberum
poſſetque ita parari:

℞ *Acet.* Juniperin. ℔j. *mell. depu*
℔iß. *Coqv.* ad perfectam mixtione
conſiſtentiam.

*Vinum Juniperinum* VINUM JUNIPERINUM du
citer vel è muſto, vel è vino defœ
paratur, utrumque viribus eſt e
lens, deque illo honeſtiſſimè ſ
*Quercetanus in Pharmacop. dogmat.*
*cap. 680.* Vinum, inquit, juniperi
mirè cor, cerebrum reliquasque p
nobiles corroborat. Modum par
cùm *B. D. D. Möllenbroc* ſub Exer
Cochleariæ *cap. 9. Cochlear. curioſ.*
nolumus attingere, cumque eodem
modô & Cereviſia medicata pa
plura hîc non addemus, formulas
Decoctorum quàm Infuſorum in af
bus quibus inſerviunt tradituri.

*Claretum Juniperinum.* *Claretum Juniperinum* ita præ
*Myvſicht. Sect. 12. Armamentar.* C
p. 355. ℞

℞ *Spir. Vin. Juniperin.* ℔iij.
▽. *Rad. Enul. camp. Tuſſilag.*
*Loch.ſan.* āā ℔j.
*Cinamom. acut.* ℥ij. *caryophill.* ℥ß.
ntund. per aliquot dies, poſteà per ma-
icamHippocratis deſtilla & ſacch.cand.
b. ℥xvi. edulcora.

*Aqua Juniperina.*

Aqua quoque præparatur ex *baccis* *uniperi.* Hanc aquæ præparationem omines ipſa docuit natura & neceſſi-s: Cùm enim hominis vitæ principi-n, *ſecundum Hippocratem*, aqua & ignis (per aquam autem humidum radica-& per ignem calidum innatum intel-xit) & ipſius hominis conſervatio à mperatâ calidi & humidi hujus con-tutione dependeat, humidum hoc ut nſervetur & calido aliàs nimis luxuri-ti frenum injiciatur, humidâ eget ma-riâ, quâ alatur & ſuſtentetur. Talem ateriam aqua præbet naturalis, & amvis ex aquâ, teſtante *Pergameno* *4. de uſu part. p. m. 218.* nulla corporis rticula nutriri poſſit, non tamen quod trriturum eſt poteſt diſtribui ex ventre, i deducatur à quopiam liquido, imò e ſangvis ſine aqua, quæ ſerum appel-ur, non poſſe ſubſiſtere, ſed illâ vehi-liloco uti, teſtatur idem *Galenus loc.* . Et ſic rectè diximus, quòd ipſa na-ra homines docuerit & neceſſitas

 aquam

aquam tàm potûs, quàm medicam
locô adhibere.

Qualis autem aqua tàm ad alim
ta, quàm medicamenta ſit adhibe
diſpiciendum, varia enim datur a
ut fontana, fluviatilis, pluvia & ciſte
na, ideò eligenda aqua dulcis ſeu im
da, quæ nempe nullam habet ſa
manifeſti qualitatem, motui obn
motus enim animæ inſtar aquæ eſt, c
limpida, levis, non limoſa nulloque
traneô odore vel colore maculata,
alienis qualitatibus, ut 🜔e, ⊕o,
aliisque rebus permixta, eaque ve
viatilis vel fontana.

*Aqua Electio.*

*Proba.*

Singularem aquas probandi
dum tradit. *Avicenna de diſpoſit. a*
quô bonitatem, quæ ipſi in levitate
ſiſtit, aquarum cognoſcere docet, *i*
*ens*: Diverſis aquis imbuantur
panni linei ejusdem ponderis, c
mantur benè & perfectè exſiccentu
inde ponderentur & illa aqua,
pannus erit levior, erit melior. H
verò aquæ per deſtillationem pr
tur, infunditur enim Cucurbitæ ve
ſicæ aqua probanda, & ad ſiccitate
ſtillatur, tunc remanet in fundo
excrementum cui permiſta eſt, e
de notis ipſius plerumque judicar
teſt.

Sed redeamus ad aquam deſtillatam: Diximus in præcedentibus aquam naturâ eſſe neceſſariam ad hominem ſuſtentandum & humidum ejus nutriendum. Cum autem humores, qui aquæ locô ſunt in corpore, nonnunquam alienam & malam qualitatem induant; & vel corrumpantur, vel à calore excedente accēdantur& minuantur,ut & exſiccatio metuenda ſit, & aqua ſimplex his malis debellandis non ſufficiat, Medici naturæ imitatores & Filii viam excogitarunt, ut naturæ labanti ſuccurratur, & tale humidum ex vegetabilibus aliisque, morbis contrariantibus, præparârunt, quod non ſolùm naturale humidum conſervare & confortare, ſed morbos etiam profligare valeat, unde aquæ exſultarunt deſtillatæ, quæ in humido radicali conſervando morbisque variis avertendo ſingularis ſunt efficaciæ, licet ſint, qui contendant, aquas deſtillatas ſimplices nullius eſſe efficaciæ,ſed phlegma ſaltem inutile & inſipidum, uſus tamen & experientia aliud comprobant, cùm non ſint ſusque deque habendæ tales aquæ, inprimis, ubi Spirituoſæ ob calorem internum adhiberi minùs tutæ exiſtunt, ſed meritò ad uſum medicum adhibendæ.

*Aqua baccarum Juniperi.*

*Aqua ſimplex* ex *Baccis Juniperi* i
paratur:

℞ *Baccar. juniper. recent. & matur. q.*
Conquaſſa illas & medicâ ▽æ affuſio
deſtilletur per Alembicũ in Bal. Mar. v
in Veſicâ.

*Aquas compoſitas* quamplurim
ob virium excellentiam ingrediu
tur hæ Baccæ, ita ut vix aqua Ceph
lica, Pectoralis, Stomachica, Ute
na, Antiſcorbutica, Antinephritica, v
Antiarthritica reperiatur, cui baccæ j
niperi non admiſceantur, uti ex ſeque
tibus clariùs patebit.

Quemadmodum aër inter aqua
& ignem, ita Spiritus inter aquam & o
um quodammodò ambigit, ideoque,
loquitur *Sennertus lib. 5. Inſtitut. part.*
*ſect. 3. cap. V.* hæc nomina ſæpe confu
duntur, ita ut Spirituum nomine ve
ant aquæ, Oleorum nomine Spiritus,
ſic vice verſâ.

*Spiritus Juniperi ex baccis.*

Cùm itaque de Aquâ Juniperi
dictum & de *Spiritu Juniperino* nunc d
cendum, qui nihil aliud eſt, quam aq
*baccarum Juniperi* Spirituoſior, volati
or & ſubtilior beneficiô fermentatio
exaltata & prolecta. Hæc enim ferme
tatio, teſte *Quercetan. in pharmaco*
*dogm. reſt. cap. 6. p. 621.* attenuat omne
ſubſtantiam eamque ſolvit à ſuo corpo
& impuritate terreſtri, ut apta fiat, poſte

a

d verum balſamum radicale & Spiri-
um vivificum. Paratur autem Spiritus
uniperinus ita:

℞ *Baccar Juniper. qv.* Contunde
llas & affunde ▽m ferventem, macera
er aliquot dies in vaſe clauſo & additis
ini aut cereviſiæ fecibus iterùm per di-
s 4. digere, deinde per Veſicam deſtilla,
c prodibit Spiritus & oleum.

Nonnulli baccis Vinum, vel Spir.
in. loco aquæ affundunt, ſed monet
*chröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym.*
*ap. 81.* maximam partem Spiritus hos
pir. Vin. debere, ideoque tales cogno-
inare putat Spir. Vin. adjectô nomine
eſtillati, unde parati ſunt, & ſic hoc lo-
o talis *Spiritus, Spir. Vin. juniperinus* eſſet
ppellandus.

Si adhuc ſubtilior deſideretur Spi-
tus, poteſt ille rectificari, ſeu deſtilla-
oni iterùm ſubjici cum vel ſine additi-
ne materiæ poſt primam deſtillationem
lictæ, vel baccarum recentium pro cu-
svis lubitu.

*Spiritum Juniperinum* ſequenti di-
natur Elogio *B. D. D. Rolfinccius lib. 3.*
*hym. ſect. 1. art. 2. cap. 14. Calefacit ven-*
*riculum, calculum minuit, antipeſtilentia-*
*m vim obtinet.*

Oleum ex *Juniperi baccis* parari & — *Oleum baccarum Juniperi.*
um Spiritu prodire ſupra dictum, mo-
usque parandi idem eſt ac Spiritus.

E 4 Sin-

Singularis in oleo baccarum Ju-
peri præparando eſt *Uffenbachius*, qui il-
lud per deſcenſum parat *lib. 4. Antido*
*ſect. V. cap. 3.* Proceſſus cùm à comm
deſtillationis modo nihil differat, ex
perioribus peti poteſt.

De olei præparatione notand
I. quòd ſi oleum in majori expetas
piâ, tunc baccis non vinum aut Spir.
ſed aquā addas, quoniā oleoſa ſubſta
à vino ejusque Spiritu valdè minuit

*Olei triplex ſeparatio.*

II. Oleum, quia cum Spiritu
ſtum, ſeparandum ab illo eſt. Hæc
paratio triplici modô perficitur.
mus modus dicitur ſeparatio per Tri
rium, & fit cùm ▽ vel Spiritus, cui ol
admixtum eſt, in vitrum anguſtô c
cio in fundo præditum, Vitrum ſep
torium vel hypoclepticum dictum
funditur & inferior exitus digito vel
quâdam materiâ obturatur, hinc
oleum reliquô utpote liquore leviu
premum occupare locum cernimus
ferius orificum obturatum aperit
▽ vel Spiritus ſeorſim effluere perm
tur, oleum verò reſtans retinetur
peculiare vaſculum colligitur.
modus vocatur ſeparatio per Goſſyp
ſeu filum laneum, & fit cum vitrum
ſeu Spiritu, cui oleum innatat, ad
mum usque impletur, & poſteà g

[t]ium vel filum laneum craſſius imponi[t]ur, quod oleum ſupernatans attrahit & [i]n ſubjectum vaſculum humilius de[m]ittit. Tertius modus appellatur Separa[ti]o per chartã bibulam, & fit, cùm chartã [b]ibulam vitreo infundibulo immittimus, [h]ancque per hanc aquam vel Spiritum [t]ranſire permittimus remanente in illa [o]leo.

Triplex hæc Separatio in oleo à Spi[ri]tu Juniperino ſeparando locum habe[r]e poteſt, duo tamen priores modi præ[v]alent poſteriori, utpote qui craſſiori[b]us oleis ſeparandis, e. g. oleo ex ligno [J]uniperino, magis convenit.

Quemadmodum alia olea deſtilla[t]a magnarum ſunt virium & *teſte B. D. D. Rolfinc. lib. 3. Chym. ſect. 2. Artic. 1. cap. 1.* [v]im gerunt earum rerum unde emana[r]unt, ſed coacta combinataque parvâ [m]ole ingentem ſpirant poteſtatem, ita [u]t minima olei guttula ſæpe manipuli [a]romatum compendium exiſtat, ſic & Vi[r]es olei Juniperini ſunt excellentes, [q]uas jam citatus *Nobiliſſimus Autor p. 179. lib. 2. citat.* ita deprædicat: Caleta[c]it, incidit, urinam ciet & menſes, con[f]ortat nervos & ſtomachum, colicæ [p]aſſioni auxiliatur. *Libavius part. 1. Al[c]hymiæ pag. 78.* ingentem virtutum olei hujus *Vires hujus olei.*

hujus ponit farraginem, ita ut illi univ
ſalis ferè medicamenti locô ſit, dum
unus reperietur morbus, cui non co
trariari dicat. Idem facit *Conrad Kh
rath tractat. 20. medull. deſtill. D. D.
neſti libell. de oleis deſtillat. Praxi Ch
atr. Hartmann. annex. p. 422.* hoc
quenti extollit laudum præconio: O
um ex baccis Juniperi deſtillatum &
omni ſuâ ſeroſitate & ſordibus ſepa
tum ac rectificatum omnibus aliis o
facilè antecellit, & ea propter ob imm
ſas ſuas facultates & varias virtutes
balſamo naturali meritò haberi deb
Omnes enim carnoſitates, venas, n
vos & oſſa penetrat, quæcunque vul
ra & ulcera ad ſanationem diſponit
nô calido aut juſculô manè & veſ
ſumtum, à naturâ ipsâ ad omnibus
tibus opitulandum ordinatur homin
que in omnibus adverſitatibus ſan
& incolumem conſervat. Hæc om
fuſiùs explicat, *locô citatô* videnda.

*Nobiliſſimus atque Experientiſſi
Dn.* Johannes *Rhetius, Medicinæ Licen
tus & Phyſicus Arnſtadienſis meritiſſim
Academ. Natur. Curioſ. Caſtor* de oleo
baccis Juniperi ita in literis V. I
Martii 1677. ad me datis: A multis
trò annis in morbis malignis, cat
rhis, tuſſi à causâ frigidâ, calculo, ret
ti

one urinæ, doloribus colicis magnô
m ſucceſſu adhibitum fuiſſe compertū
bemus. In meâ praxi plurifariè ole-
n in ſuppreſſione urinæ, incipiente
drope, tumoribus œdematoſis pedum
gutt. V. ad IX. omne tuliſſe punctum
ræmiſſis tamen artificioſis evacuatio-
bus ſeu catharticis:) reliquiasque
orbi benignâ diaphoreſi & Urinæ pro-
otione ſolviſſe, obſervavi.

Unum notatu dignum eſt, quod eum hoc non facilè tingi poſſit & ex is tincturam non eliciat, quo de ita n laudatus *L. Rhetius*: Ne à quoli- t Agyrta oleum hoc cognoſceretur, o amygdalar. amar. cum rad. Anchu- quod ſtatim tincturam elicit, tinxi & ſimilibus affectibus in duplo adhibui. are autem ol. Juniperi ex hâc radice isque e. g. tormentill. rubiæ tinctor. n. ſantal. &c. tincturam non eliceat; ſan reſinoſitati, quæ non niſi Spir. n. ac ✝to colorem communicat, ad- ibendum puto. Et certè multum noſitatis tàm baccæ, quam oleum niperi continent, id quod ex tenaci tinoſitate, quâ digitis tenaciter adhæ- t facilè colligi poteſt, & oleum vetu- e rancidum, tenax & craſſum factum am ferè oſtendit reſinoſam ſubſtan- m.

*Oleum hoc non tingi- tur aliis.*

*Cauſa.*

Pro-

Propter excellentiam ſuam tàm
riè oleum hoc alias medicamento
formulas ingreditur. Inprimis ex
tur ad *Balſamum* ♎*is juniperinum*
*ternum* tàm *ſimplex*, quàm *compoſit*
cujus duplicem tradit deſcriptio
*Rolfincius lib. 4. Chym. ſect. 1. art. 4.*
*3. p. 223.* Utrumque Viribus ſuis nec
non eſt notum.

*Balſamum ♎is Juniperinum.*

His etiam procul dubio perm
*Crollius* ſingulare ſecretum contra
ſtem, *Elixir antipeſtilentiale* dictum,
ponit & deſcribit in *Baſilic. Chimic.*
*286. & 87.* juniperi baccis inſignitu
oleo. Paratur ita:

*Elixir antipeſtilentiale Croll.*

℞ *Flor.* ♎*is Spagyricè præparat*
affund. *Ol. deſtill. è baccis junip*
*eminent. 3. digitor.*
*Ol. Sucin. ter rectificat. part. II*
*ſpect. Ol. juniperin.*

Stent in igne Cin. vel Ar. 
movendo, ut flores ſine aduſtion
vantur & liqueſcant. Poſtea

℞ *Theriac. Venet.* ℔j.

Extrahe cum Spir. Vin. tinct
Spir. vin. iterùm ſepara & cum e
extrahe Tincturam ex

*Radic. Eleni, Angel.*
*Bacc. juniper.* āā ℥iij.

Hanc Tincturam miſce cum Ti
Theriacæ, ac affunde *oleum junip*
&

& ſuccini floribus 🜂is eſſentificatum ac per chartam bibulam prius filtratum. Omnia miſta circula lentiſſimo Cin. calore per 14. dies & ad uſum reſerva. Doſis eſt ad præſervationem 1. vel 2. gutt. ad curationem à ℈j. ad ij.

Ad BALSAMA quoque extexna, tàm prophylactica quàm confortantia oleum hoc adhibetur ſæpiſſimè, ut & ad Unguenta & Emplaſtra, de quibus autem infrà, ubi ad uſus externos juniperi perveniemus, agendi erit occaſio. Paraſligmatis loco addimus *Balſamum Polychreſtum Rolfincii lib. 4. ſect. V. cap. 3.* deſcriptum, quod tale : *Balſamum Juniperi.*

℞ ℅ *Moſch. expreſſ.* ʒj. *ol. baccar. junip.* ʒj. *majoran. rut. caryophill. angelic.* āā ℈ß. *ſuccin.* ℈j. Miſc. D. in pyxide munda S. Balſamum polychreſtum.

ELÆOSACCHARUM ſi quis deſideret & huic parando oleum baccarum Juniperi inſerviet, commendamus ſequens, quippe quod capitis, pectoris, cordis, ventriculi, curam gerit & malignitati optimè reſiſtit. *Elæoſaccharum juniperi.*

℞ *Sacchar. Canarienſ. albiſſ. pulveriſ.* ℥iij.
*Ol. baccar. juniper. deſtill.* gtt XVI.
*angel. anthos* āā ℈ß.
*citr. cinamom. caryophill.* āā gtt V.

Miſceantur omnia exactiſſimè. Doſ. gtt VI. ad ℈ß. in vehiculo convenienti.

PILU-

PILULIS ſæpiſſimè addi, Ol. ex b
cis juniperi deſtillatum, hinc inde im
torum monumentis legimus, & i
quoque videbimus. Cur autem
deſtillata pilulis tàm frequenter adda
tur, hæc eſt ratio: Notum eſt plera
purgantia multis noxis *obnoxia* eſſe;,
noxia & inimica ventriculo obque ſt
lentiam, quâ prædita ſunt, ventris ce
tare tormina, ideò, ut ventriculi to
conſervetur & tormina avertantur, c
deſtillata ſtomachica & carminati
qualia ſunt aniſ. fœn. *juniper. &c.* in
guâ doſi adduntur pro correctione p
gantium.

*Oleum Juniperi coctum & expreſſum.* De *oleo juniperino* cum jam ſe
ſit, huc etiam referendum *oleum coct*
*& expreſſum.* Utrumque licet in ph
macopoliis rarò præparatum e
& præparetur, his tamen prævara
nibus *baccæ juniperi* ſe non ſubb
cunt, ſed ex illis oleum tàm coctu
quàm expreſſum parari poteſt ad
mam aliorum expreſſione & cocti
quæ parantur oleorum, cum ſenſibi
in ſe contineant oleoſitatem *baccæ ju*
*peri*, quæ facilè per expreſſionem e
poſſet. Si tamen coctione parand
eſſet oleum, oleo omphacino *Spiritus*
*niperinus* eſſet addendus, quò reſin
vis eò facilius extrahatur. Utrumq; c

m viribus non deſtituitur & adhibetur, bi oleum deſtillatum propter acrimoiam locum habere non poteſt, ut in lyſteribus &c.

EXTRACTA cum optimæ ſint rerum ſentiæ à craſſiori ſuo corpore per idoeum menſtruum ſeparatæ, meritò & de is præparandis ſollicitus eſſe debet edicus. Sunt autem *Extracta* varii geeris, *Liquida* vel *Spiſſa*. *Liquida* dividunr in *Tincturas*, *Eſſentias* & *Elixiria*.

TINCTURÆ dicuntur *Extracta liuidiora* egregium colorem inprimis ruum ſeu ad rubedinem inclinantem æ ſe ferentia, à quibus nihil menſtrui t abſtractum.

ESSENTIÆ, cum quibus *Elixiria* omnibus ferè conveniunt, niſi forſin *Elixiria* ex compoſitis conſtare dixes ut plurimùm, ſunt Extracta liquida, à uibus ſaltem aliqua menſtrui portio per vaporationem eſt abſtracta.

EXTRACTA autem propriè dicta unt *Eſſentiæ* ad ſpiſſitudinem abſtractô enſtruô redacta.

Menſtrua ad Eſſentias extrahendas ommendantur varia, quæ accommoantur ad naturam rei extrahendæ, & c aquoſis aquoſa, ſulphureis ſulphuea, ſalinis ſalina competunt menſtrua, e quibus fuſiùs videri poteſt *Diſſertatio*

*de*

*de menſtruis Nobiliſſimi D. D. Wedelii* ...
ctu reverà digniſſima.

*Extractum bacc. Juniperi.* Ad *Extractum Baccarum Juni*...
menſtruum à *Quercetano cap. 23. P*...
*macop. dogmat. reſtit.* proponitur vi...
vel hydromel vinoſum, at à pleriſ...
eligitur Spir. Vin. Nos Extractum ...
paramus cum *Spiritu Juniperi* ſequ...
modo.

℞ *Baccar juniper. matur. recent. q.* ...
*Spir. Juniper. rectif. q. ſ.*

Contuſis baccis affundatur Spiritus ...
eminentiam 3. digitorum, digeratu...
ni calore Bal. Mar. donec optimè ti...
tur, tinctus Spiritus decantetur, &, ſi...
cuerit, ter vel quater recentibus ba...
reaffundatur & ſemper idem ordo ...
cedendi obſervetur, tandem exhale...
abſtrahatur ad juſtam extracti ſpi...
dinem ſeu conſiſtentiam.

*Beguinus lib. 2. Tyrocin. Chym. c*...
Extractum hoc parat cum aqua plu...
deſtillata, illudque maximè extoll...
ſpecificum variorum affectuum me...
mentum, ut etiam illud Theriacam ...
manorum dicere non vereatur. ...
veremur, ne partes reſinoſæ aqua...
viali obtemperent & extrahi ſe per...
tant.

*Ejus Vires.* *Extractum Baccarum juniperi* n...
præſtat commoda in variis affecti...

℈ß. ad ℈i. vel ʒß. exhibitum. De illo
honeſtiſſimè ſentit *Fabric. Hildanus Cen-
tur. 1. Epiſt. 73.* Ich ſchick auch etwas
von dem *Extracto Juniperino*, welches ſo
wohl in Bruſt-Kranckheiten/als Verſtop-
fungen der innern Glieder ein vortreffli-
ches und nicht unannehmliches Mittel
iſt/ daß man daſſelbe leichtlich wird brau-
chen können.

*Extractum compoſitum* magnarum
virium ita præparat *D. Grammannus*
*part 3.* der Chymiſchen Reiß- und Hauß-
Apotecen *cap. 1.* *Extra-ctum com-poſitum.*

℞ *Extract. bacc. Juniper.* ℥ij.
*Ol. calam. arom.* ʒj. *macer.* ʒß. *caryo-phil.* ℈j.

Miſc. Doſ. quantitate nunc. moſch. ma-
nè & veſperi.

TINCTURAM JUNIPERINAM ſi expe-
tas, eodem procedere potes modò, ut
de Extracto dictum, tuncque non opus
eſt ut Spiritus tinctus abſtrahatur, ſed
qualis à baccis decantatur talis ad uſum
reſervatur, ſub nomine *Tincturæ Junipe-
rinæ.* *Tinctura Juniperi-na.*

*Tincturam compoſitam Juniperino-
Nephriticum* ita componit *Mynſicht. ſect. 2.*
*Armamentar. Chymic. p. 47.* *Compoſita.*

℞ *Bacc. Juniper. recent. contuſ.* ℔j.
*Sem. aniſ.* ℥iv. *Radic. Angel.* ℥j.
*Lign. Nephrit.* ℥ß. *Macis elect.* ℥ij.

Mixta infund. in ℔vij. Vin. vat. ſtent in infuſione per 14. dies, tidie aliquoties movendo, poſteà Bal. Mar. deſtillentur & cum hoc di lato liquore Tincturam extrahe, filtretur & parùm edulcorata ad u ſervetur. Doſin & uſum ſubjungit *cit.* Autor jam laudatus.

*Eſſentia Juniperi ex baccis.*

ESSENTIA JUNIPERINA ſi delec eadem præparandi obſervetur m dus, ut in Tincturæ confectione, nihil differt, niſi ut leni evapora pars aliqua tincti Spiritus avocetu ræque communicetur.

*Malvaticum Juniperinum.*

Singularem *Eſſentiam Juniper* ſub nomine *Elixiris vel Malvatici Ju rini* deſcribit *Rolfincius lib. 4. Chym.* *Art. 1. cap. X.* quæ componitur e *Juniperin.* ℥iij. & Vini Malvatici c ſem. Miſta in vaſe terreo piſtillô moreô, digeruntur leni calore, tin percolata per linteum cum expreſ ſervatur ad uſum. Vires huic ape di, ſangvinem attenuandi tartareu & ſabuloſum coagmentum circa u rum tubos & caruncularum renum ctum disgregandi & expellendi, à ℈j. in vehiculo convenienti ſi aſſ tur, adſcribuntur.

Aliud *Elixir* deſcribit *Beccherus in Parnaſſo Medic. illuſtrat. part. 2. p. 44.* **Elixir Juniperinum** quod *ex baccis Juniper.* conficitur hoc modô:

℞ *Baccar. Juniper matur. ac elect.* q. v. Contundantur craſsè, digerantur affusâ aliquâ aquâ diureticâ, hinc exprime & abſtrahendo inſpiſſa ad conſiſtentiam mellis. Poſtea

℞ *Hujus mellis juniperini cochlear. 12.* Miſce optimè cum *Spiritu Juniperino*, digere aliquamdiu leniſſimô calore ☉is atque ad uſum repone.

Vires huic medicamento admirandas tribuit *his Autor* ut & *Schröderus lib. 4. Pharmacop. Med. Chymic. p. 89.* in calculo, atque inſuper ſtomachicum inſigne, diureticum & polychreſtum audit. Sic *Deckerus in notis ad Praxin Barbett. p. 18.* idem extollit medicamentum eique Rob Sambuci adjungit, magnâque valore ait efficaciâ.

Horum extractorum variæ ſpecies, cum aliis compoſitis & inprimis Miſturâ ſimplici miſceantur, emergit exinde medicamentum mediæ inter liquida & ſolida naturæ, quod MISTURA, à baſi **Miſtura.** â & præcipuo ingrediente *Miſturâ ſimplici*, dicitur, eſt enim Miſtura ſimplex maximè veneranda & ſalutaris Medicina, quæ in quamplurimis affectibus

præſentaneam præſtat operam, præci
ſi virtus illius per additionem uniu
teriusve ſpecifici ad locum affectum
ducatur & exaltetur.

Talium *Miſturarum* deſcripti
accuratiſſimus tradit *B. D. D. Rolfin*
*lib. 4. Chym. Sect. IV. à pag. 264. usque*
*268.* è quibus multæ *Extracto Junipe*
ſunt decoratæ, quorum autem for
las infrà in affectibus, quibus conv
unt, trademus.

*Morſuli antinephritici.* *Extracta Morſulis quoque & Ro*
ſæpè adduntur. MORSULI cui in
ciis ſunt, illi ſequentes damus:

℞ *Tragea antinephrit. Quercet.* ℥iij.
*Trochiſc. d. Alkekeng.* ℥j.
*Conſerv. Cynosbat.* ℥iß.
*Extract. Juniper. è bacc.* ℈iv.
*Sacchar. in* ▽ *Juniperi ſine vino*
*ſolut. qſ.*

Miſc. F. l. a. Morſuli. S. Stein-Morſ

*Rotulæ præſervantes* ROTULÆ ſequentes commen
merentur, quippe quæ me meosque
menti DEI auxiliô, ab inſultu & co
gio febrium malignarum hactenùs
nuè defenderunt, parantur ita:

℞ *Extract. angel. elenii. juniper.* āā
*Ol. deſt. juniper. rut.* āā ℥vi.
*Sacchar. in* ▽ *ſcorzoner. ſolut. qſ.*

Miſc. F. l. a. Rotulæ. S. Præſervir-K
lein Doſ. num. 1. vel ij in ore manè co
nendo. Su

Succus ex baccis Juniperi expreſ- *Rob Juniperinum.*
us vel poſt deſtillationem relictus & ad
ellis conſiſtentiam inſpiſſatus, ROB ſi-
e MEL JUNIPERINUM vocatur. Para-
ur ſequenti modo:

℞ *Bacc. Juniper. matur. & recent. qv.*

oquantur in ▽. ſimplici, hinc ex-
rimantur & per ſetaceum ſuccus ex-
reſſus trajiciatur, & tandem ad mellis
onſiſtentiam inſpiſſetur.

*Mel hoc juniperinum* hîc locorum tam
equens eſt, ut nulla ferè domus ſit, quæ
bi de illo non proſpiciat & quando vi-
atim portatur & venditur ſibi non
omparet, quô ad omnis generis affectus
tuntur. Id quod me movit ut *Rob* *Rob Juniperinum purgans.*
*uniperinum purgans* tale compoſue-
im:

℞ *Fol. Senn. ſ. ſ.* ℥iij. *Cort. Rad. Eſul. præparat.* ℥ß.
*Rad. Gialapp.* ℥ij. *Rhabarb. opt.* ℥ß.
*Hellebor. alb. & nigr.* ãã ʒvi.
*Scammon. crud.* ℥iß. *Gumm. gutt.* ʒv.
*Trochiſc. Alhandal. recent. diſpenſ.* ℥ß.

ingula ſeorſim minutim conciſa & con-
uſa ſeorſim infundantur, & quidem Fo-
ia Senn. & Rhabarbarum ▽æ Endiv.
Cort. Eſulæ & Fibr. Hellebor. utriusque
Vino, Rad. Gialapp. Scammon. Gummi
gutt. Trochiſc. Alhandali Spir. Vin. di-
gerantur & extrahantur, tincturæ omnes

conjungantur & in leni calore ad dil[illegible] tiorem mellis conſiſtentiam exhalee[illegible] Tunc porrò

℞ *Extracti hujus purgantis comp[illegible] ti quantum eſt,*
*Rob. Juniperini* ℔ij.

Miſce exactiſſimè atque uſui reſerva. D[illegible] ſis ʒij, ℥ß, ad ʒvi. pro circumſtantiar[illegible] varietate. Vires habet panchyma[illegible] gas, humores peccantes cujuscun[illegible] ſint generis è corpore humano leni[illegible] educit, ob frequentem uſum *Rob Ju[illegible] perini* inventum, ut eo aſſveti & per ill[illegible] commodè purgari & illud ſine nau[illegible] aſſumere poſſint.

*Syrupus.* SYRUPI JUNIPERINI mentionem [illegible] cit *Fiorovantus lib. 2. Physic. cap. X.* ej[illegible] que compoſitionem ita tradit

℞ *Baccar. Juniper. nigreſc.* ℔iv.

Contundantur & per ♀♂vi. infund[illegible] tur in ſ. q. vini albi, infuſioni adjicia[illegible]

*Mellis opt.* ℔ij. *Cinamom.* ℥j. Miſc[illegible] Deſtillentur & per deſtillationem [illegible] aquæ abſtrahantur, quô factô reſidu[illegible] per pannum lineum torculari expri[illegible] tur, filtretur, aqua per deſtillation[illegible] abſtracta iterùm adjiciatur & cum. [illegible] ſachari coquatur ad Syrupi conſiſt[illegible] tiam:

*Syrupus compoſitus.* SYRUPUM de *granis Juniperi Pa[illegible] enſium compoſitum* tradit *Uffenbacc[illegible] lib. 1. Antidotar. Sect. 2. cap. X.* qui

℞ C[illegible]

℞ *Granor. Juniper elect.* ℔j.
bulliant in aquæ q. v. per duas horas, ſeu ad conſummationem humiditatis, Colaturæ adde
*Sacchar.* ℔i *Zinzib.* ℥j.
*Maceris* ʒij. *Cubebar.* ʒi.
Exponantur ☉i vel alii loco calido, donec ſpiſſeſcat.

ELECTUARIA è baccis juniperi parantur quamplurima, quorum formulas ex Autoribus ſi colligere & huic diſſertationi inſerere vellemus, totum volumen conſcriberemus, cum vix ullum extet *Electuarium*, quod baccæ Juniperi non ingrediantur, ideò unicum hic addimus, quod *Theriacam Germanicam* appellat & in peſte aliisque morbis magnificè commendat *Quercetanus cap. 23. Pharmacop. dogm. reſtit. p. 784.* *Electuaria.*

℞ *Granor. Juniper. matur. quantitatem magnam, à* ℔VI. *ad* X.
Hæc infuſa & macerata in vino albo generoſo vel hydromelite vinoſo ad ignem parùm bulliant, deinde conquaſſentur & per ſetaceum trajiciantur, & Fiat Extractum:
*Extracti hujus* ℔j. adde *Pulv. Rad. Angel. Dictamn. Cinamom* ā ℥ß.
*Terr. ſigillat. Corall. præp. Perlar. præp. CC. præparat.* ā ʒij.
*Spec. Elect. d. gemm. Diambr.* ā ʒiß.
*Croci* ʒj. *Camphor.* ℈ij. Redu-

Reducendo omnia cum aquâ q
dam Theriacali in formam Electu
mollis.

Aliud *Electuarium* eodem nom
inſignitum *Tabernæmontani* tradit
*nertus lib. 4. de febrib. cap. 7. p. 908.* &
ribus Theriacam æquare aſſerit.

Plura ejusmodi *Electuaria* de
bit *Quercetanus loc. citat.* ut *Electuar*
*ovo Maximiliani Imperatoris, Elect*
*de ovo majus & minus, Antidotum M*
*rem & Minorem contra peſtem &c.* qui
omnibus *baccæ juniperi* admiſcem
poſſunt videri *locô citatô.*

*Salis laus* SAL quoque ineſt *baccis Juniper*
magnarum virium, eſt enim Sal Cor c
ſi & anima vegetabilium, quod cor
ſuum non relinquit, niſi planè deſtrua
& maximâ cogatur vi, ut ab illo ſe
retur, eaque propter optimô jure
poteſt, primum vivens & ultimum m
ens. Vis enim illius & in tenerrimis p
tulis eorumque rudimentis à primò
tim ortu apparet, quippe quæ illi ſap
ſuum & efficaciam debent, quod ex
plo Urticæ, Aronis & ſimilium prob
haud difficile eſt, cùm in illis vix ex
ro magnæ matris egreſſis ignea quaſi
pareat vis, cutim exurens, quam uti
ab acri ejus ⊖ e cuti ſe promptè inſi

a

nte eamque adurente provenire arbitramur, ut verè quadret illud:

*Vrit maturè quod vult urtica manere,*

mò à ⊖e facultatem mirabilem res iſtas à putredine defendendi, diſſolendi, coagulandi, detergendi & evauandi omniumque rerum ſoliditatem, eterminationem, ſaporem aliasque innitas virtutes dependere teſtatur *Bevinus lib. 2. Tyrocin. Chym. cap. 2. Et Lanius* §. 30. *Miſcell. Curioſ. Med.* in Sale reum robur vitale, medicamque ſalutem, mò princeps vel vitale feliciter medeni robur latere ſatis eleganter & prolië demonſtrat, cum quibus in quamplumis conſentit *Sennertus* & fusè, quomoo & quousque hæc aſſertio ſtare poſſit, ſtendit *lib. 1. de conſenſ. & diſſenſ. Chym. c. alen. à pag. 303. ad 311.*

SAL hoc corpori ſuo tàm firmiter dhæret, ut ab illo non, niſi maximâ & enitus deſtructivâ vi, ſeparari poſſit: uamdiu enim res aliqua quæ ⊖ connet res eſt & dicitur, tamdiu ⊖ fovet lique ineſt & prius ab illâ ſeparari neuit, quàm ſi planè deſtruatur & in cinebus quoque firmiter inhæreat, ut ab lis non niſi ſingulari arte & actu, per ixiviationem videlicet, impetrari posſit, quin & poſt mortem, ut ita loquar, & eparationem indolem matris & corpo-

ris, è quibus evocatum eſt, imitetur,, demque affectibus contrarietur eosd que ex corpore humano expellat.

Cum autem ⊖ium magna ſit di rentia, & teſte *jam laudatô Sennertô loco* neque ex plantis qui eliciuntur S planè ſimplices videantur, ſed ex mis compoſiti, quoniam in plant animalibus variè alterantur & miſc tur Sales, & plantarum aliæ plus S aluminoſi, aliæ ⊕ lati, aliæ urticalis piperini, aliæ plura genera Salium m contineant, quarum differentiarum gentem copiam tradit *Moufettus in ſtolis Chymicis à Sennerto allegatis*, promanare putamus, quòd in aliis p tis Sal volatile, in aliis Sal fixum valeat.

Utroque *Sale baccæ juniperi* tàm quàm *volatili* ſunt condecoratæ, *Vola* licet exiguum, ſub Spiritu deliteſcit, *xum* autem ſatis copiosè præbet modô parandum.

*Sal Juniperi ex baccis.*

℞ *Capit. mort. baccar. in præparat Spiritus relict. Vel Bacc. Juniper recent.* Combuſtione redigantur in cineres quibus fiat lixivium cum ▽ ſimplici pidâ modo vulgari, quæ elixiviatio t diu continuetur, donec aqua effluat lius ſaporis. Lixivium hoc comm ter coctione ad ſiccitatem redigitu

coa

pagulatur, Præfert tamen *B. D. D. olfincius*, ut lixivium plumbeo vaſi ommiſſum lento igne exhalet & appa-ente cremore albicante in locum frigi-um reponatur, & ſic in fundo apparere t Sal Cryſtallinum ulteriùs exſiccan-um.

Salia hoc modo parata plerumque rificari & dealbari ſolent variis mo-s, è quibus præcipuos collegit *Senner-s lib. V. Inſtit. part. 3. ſect. 3. cap. 15.* ibi dendos.

*Salium purificatio non adeò neceſſaria.*

At cùm ob vehementem calcinatio-em ſæpiusq; reiteratam ſolutionem & agulationem, multum tàm à quantita-molis, quàm à quantitate virtutis de-dere videatur, conſultiùs, ſalvô tamen iorum doctiori judiciô, duceremus, dealbatio iſta omitteretur, & magis rtutes, quàm ſplendor medicamenti nſideraretur.

*Salium puricandi modi optimi.*

Quod ſi tamen Sal quoddam nimis npurum ſit, ita ut nauſeam ægris exci-re vereatur, & ideò neceſſariò purifica-o quædam inſtituenda, purificari po-ſt vel hâc ratione, ut Sal à primâ coa-ulatione paratum teratur, & latæ ta-ulæ vitreæ vel marmoreæ inſpergatur, ita per deliquium in cellâ ſolvatur, quor ſolutus per filtrationem purifice-r, atque iterùm in tigillo vitreato

lentô

lento △e˙ſuper carbones coagule quemmodum præ omnibus eligit *nertus locô ſæpiùs citatô* & Sal hoc mi puriſſimum evadere teſtatur.

Vel poſſet Sal cum Sulphure p ficari ad mentem & normam *Nobiliſ D. D. Febrii, Academ. Natur. Curi Præſidis & Argonautæ graviſſimi*, q tradit in *Hierâ picrâ ſeu Abſinth. ess p. 161.* quoniam teſtatur cum Sulphu mnem Salis impuritatem absque co noxâ deflagrare, imò & Sulphur vo litate & tenuitate ſuâ potius Salia e tare quàm deſtruere.

*Vires Salis Juniperini.* Vires Salis *juniperini* ſunt diure balſamicæ & diaphoreticæ, & in v affectibus feliciſſimè exhibetur in v culo convenienti. Nullum auter Salia convenientius eſt vehicu quàm juſcula ſine additione Salis c muni parata; In his enim Salia ſi ex antur, acrimoniâ ſaporis guſtum no fendunt, & ſic etiam homines ab medicamentis planè abhorrentes modè decipi illisque medicament geri poſſunt, ſicuti & nobilem quar Perſonam, haud ita pridem Eryſip graviter decumbentem & ab om medicamentis planè abhorrentem Salium uſum dum cibis illi inſciæ miſcebantur ſalia, feliciſſimè, Deo ſi & brevi reſtituimus.

*Compoſita* Salia tàm *baccæ Junipe-*[...]*, quàm *Sal Juniperinum* ingrediuntur, [...]orum multas tradit formulas *Myn-*[...]*chtus in Armamentario Chymico* viden-[...]as.

*Spiritum* quoque *Sal Juniperi-*[...]*um* fundit penetrantiſſimum, ſi partes [...]ius II. cum boli albi vel rubri partibus [...]I. miſceantur, exinde globuli formen-[...]ur, & per retortam, obſervatis ignis gra-[...]ibus, pellantur. Præterea ex *Sale Junipe-*[...]*no* cum Spiritu Salis vel ⊕-li MAGI-[...]TERIUM, aliô nomine *Spiritus Salis vel* [...]*⊕li balſamicus coagulatus* dictum, para-[...]ur ſequenti modo: *Spiritus Salis Juni-perini.*

℞. *Salis Juniperin. qv. Spiritus Salis vel ⊕li q. ſ.*

[...]ufficit autem, quando vel nulla ampli-[...]s ebullitio, Spiritus ſi affundantur, [...]ercipitur, aut ſapor acidus præ Sa-[...]no animadvertitur, quô factô Sal cum [...]piritu miſtum leni ignis calore coagu-[...]. Vires easdem cum Sale poſſidet, [...]oſ. ℈ß.

Et hæc de *præparatis*, ex *baccis Juni-*[...]*rinis* quæ proficiſcuntur, ſufficiant, [...]um ex ſequentibus plura, quibus in-[...]rviunt, præparata peti poſſint. Acce-[...]mus nunc ad *Gummi Juniperinum* ejus-[...]ue præparata.

GUM-

GUMMI JUNIPERINUM præbet: DECOCTUM 2. INFUSUM 3. OLEUM.

*Decoctum Juniperini gummi.* DECOCTI mentionem facit & ex unciâ ſemis *Gummi Juniperini* cum Rhenani ℔, vel alterius optimi ℥VIII. coctum *componit Schönbornius Man. Med. Pract. p. 50.* cujus colaturam, ca si in ore detineatur, ad dentium dolo à causâ frigidâ, commendat.

*Infuſum: Vernix liquidus.* INFUSUM præbet *Vernicem liquida* qui fit, ſi *gummi* hoc oleo lini infun tur & in moderato calore ſolvatur. præter uſus Mechanicos commend ad ambuſta & hæmorrhoidum dol leniendos à *Schrödero lib. 4. Pharm Med. Chym. p. 88.*

*Oleum ex gummi Juniperino.* OLEUM ex *gummate Juniperino* ratur ad modum, quô ex aliis gumm bus oleum elicitur, vel per Veſicam per Retortam, indolem matris ſuæ rens.

*Unguenta, Emplaſtra & Suffimigia gummi hoc ingreditur.* UNGVENTA præterea & EMPL tàm *oleum* hoc, quàm *gummi Juni num* ingreditur varia, & in ſubſta quoque *Suffimigiis* aliisque medicam torum formulis adhibetur, quas ta infrà commodiùs, nimiam prolixita hujus capitis fugientes, ſumus tr turi.

(C

## Caput IIX.

## USUM SPECIALEM JUNIPERI IN AFFECTIBUS CAPITIS DECLARAT.

### I. DOLOR CAPITIS.

DOlente & langvente capite corpus *Dolor capitis.*
univerſum dolere & langvere notiſ-
mum eſt, ideoque capiti ſuccurrendum
Medico, dolorque tàm mitigandus
uàm aufferendus eſt. Sed non unô
olet modô Regia mentis ſedes: Jam
nim pars illius exigua dolore atrociſſi-
o, ac ſi *clavus* ibi eſſet infixus, corripi- *Clavus.*
ur, ideò & talis affectus *Clavus* in foro
edico dictus eſt, jam dimidia ſaltem
pitis pars ab *Hemicraniâ*, dolore mi- *Hemicrania.*
m in modum torquente, qui & tactum
rre recuſat, vexatur, jam *Cephalalgia* *Cephalalgia.*
tum caput excruciat; jam quoque
*phalæa* illud invadit & antiquam *Cephalæa.*
uandam ſibi adſcribit poſſeſſionem, &
grè ex hoſpitio cedit levique occaſione
vertitur, tantâ ſtipata moleſtiâ, ut &
nnia quaſi homini adverſa ſint.

Hiſce omnibus generoſè ſe oppo-
t *Juniperus*: Si enim dolor ab humori-
us, cujuſcunque ſint generis, proveni-
, tunc illi præmiſsô aliquô medica-
mentô

mento præparante quale commen[illegible]
*Rolfincius lib. 2. Conſultat. 2.* evac[illegible]
poſſunt *Rob. noſtr. purg.* ℥ß. Medica[illegible]
tum præparans tale eſt:

*Internè.* ℞ *Cryſtall.* ♀i ℈i.
*Sal. majoran. juniper* āā ℈ß.
Miſc. divide in duas partes in chart[illegible]
ſtinctis S. zwey Lind-Pulver, Hôc [illegible]
℞ ▽. *Verben. majoran. beton.* āā ℥ß
*Rob. Juniperin. purgant.* ℥ß.
D. ad Vitr. S. Purgirent Haupt-Tr[illegible]
lein auf einmahl.

Si à pituitâ dolor oriatur, ac[illegible]
tum illa præparari & digeri pote[illegible]
quente, quod commendat *Grylli[illegible]*
*part. de ſecund. Univerſal. Evacuat.* [illegible]
*re p. 64*

℞ *Spirit. deſtill. ſuccin.* ℨiß.
*Eſſent. rorismarin. flor. pæon.* āā ℨj[illegible]
*Extract. gran. juniper. rut.* āā ℈j.
*Caſtor.* g̃ VII.
*Spir.* ⊕*li* ℈i. *M D. S.*
Digerirende Haupt Eſſentz. Doſ. gt[illegible]

Internè inter alia commen[illegible]
*Aqua baccarum Juniperi ſimplex*, ut [illegible]
qua vitæ compos. minor. *D. Rivi[illegible]*
talis:

℞ *Granor. juniper contuſ.* M. IV.
▽. *vitæ vel Spir. Vin. aut Spir.* [illegible]
*per* Menſ. j.

nfund. per 3.dies poſtea deſtill. per Bal. ar. deſtillato adde

*Pulv. ſalv.* iv.*arthet.puleg.*āā Mj.*croci* ℥ij. eſervetur in benè clauſo vaſe ad uſum, oſis cochl. ſem. ad. 1.

æminæ dolore capitis à Catarrhis laboranti *Nobiliſſimus & Excellentiſſimus . D. Johann. Arnold. Friderici P. P. Jenſis famigeratiſſimus, Præceptor meus honoratiſſimus* νῦν ἐν ἁγίοις ſequens præripſit, teſtante hoc *Protocollo medico MSS.* quod ex ſingulari humanitate & enevolentiâ Viri *Maximè Reverendi que Excellentiſſimi Dn. Joh. Chriſtfried gittarii SS. Theol. Doctoris & Ducatus ltenburgici Superintendentis Generalis meiſſimi* poſſideo, qui illud poſt obitum *D. D. Friderici* mihi communicavit:

*Elix. Juniper* ℥iij. *Eſſent. ſuccin.* ℥iß.
🜄*æ ſalv. lil. convall. prim. ver.* āā ℥j.
iſc. D. S. Miſtur wieder das Hauptweh.

Pilulas ſeqventes in Viro 40. anrum, Vietori hujus loci, hemicraniâ ecto, egregium præſtitiſſe adjumenm obſervavimus: *Obſervatio.*

*Extract. juniper. majoran. verben.* āā ℈ß. *opii* gr. viii.
*Eſſent. lil. convall. q. ſ.* Miſc. F. Pilulæ S. llen wieder das Hauptweh auf 4. mahl.

Externè quoque *Juniperus* ejuſque rtes in doloribus capitis ſæpè adhintur. Sic *Externè.*

G ℞ *Bacc.*

℞ *Bacc. juniper. cochl. 1. Nucl. perſſi- num. XX. Thuris alb. parùm*

Contundantur omnia ad pultis conſiſtentiam & temporibus applicetur. V.

℞ *Majoran. virid.* Mij.
*Bacc. juniper. cochl.* ij.

Minutiſſimè conciſ. & contuſ. irrorentur ▽. roſar. trajiciantur per ſetaceum, ut arilli remaneant, tunc adde alb. ovorum. ij. Aceti roſac. & △. roſar. cq. capiti applicetur. *Conrad. Cunrath.* ... *duct. deſtill. p. 428.*

In dolore capitis Scorbutico ... doariam & *Baccas Juniperi* cum ... Sambuci, Verbenæ, Betonicæ admo... ſvadet *Drawitz tit. 5.* vom Scharbo... ſchen Hauptweh.

## II. VERTIGO.

*Vertigo.*

MUlta ſunt & non videntur, & multa videntur & non ſunt, elegans eſt ... verbium, id quod maximè quadrat in vertiginoſos, quorum oculis multa ... runtur aliâ ſub ſpecie, quàm reverâ ... eosque multa etiam ſubterfugiunt ... adſunt, interdum enim omnia quaſi ... tantia ac ruinam minitantia in gyrum verti ab illis conſpiciuntur, interdum etiam viſu prætereunt res ſatis conſpicuas, id quod variis ex cauſis, ut ſanguinis craſſitie, vaporibus, capitis imbe...

tate, ♀e immodicâ aliisque rebus motum Spirituum animalium inordinatum reddentibus evenire ſolet. Hunc quoque affectum opprimunt & abigunt medicamenta juniperô inſignita.

Aquam ſequentem *Sennertius lib. 1. Med. Practic. part. cap. 4.* efficacem deprædicat. *Internè.*

℞ *Herb. ſalv. menth.* ãã Mj.
*majoran.* Mß.
*Flor. lavend.* Mij. *rut. roſmar.* ãã Mß.
*Nuc. moſch. macis, caryophill.*
*Gran. paradiſ. cinamom.*
*Gran. Juniper. Sem. pœon.* ãã ℥ß.

Infund. in ſ. q. Vini Rhenani vel Malvatici, poſteà deſtillentur.

Aquam Cephalicam *D. Hartmanni Beieri* hîc maximè proficuam deſcribit *ta Uffenbach. in appendic. Antidotar. p. 591.*

℞ *Fl. lil. convall. paralyſ.* ãã ℔j.
*Fol. ſalv. rut. roſmar. majoran.* ãã Mj.
*Bacc. Juniper.* ℔ß. *Gran. Paradiſ.* ℥iij.
*Rad. dictam. alb. pœon.* ãã ℥iv.
*Nuciſt. zedoar. zinzib.* ãã ℥j.
*Vini generoſi qſ. pro Contectione,*

Macerentur per menſem, poſtea deſtillentur.

Elixir Cephalicum non ad Vertiginem ſolùm, cui tamen maximè conferatur, ſed alios etiam affectus capitis proficuum, tradit *Hofmannus in Theſaur. Pharmaceut. p. 59.*

℞ *Rad. acor. pæon. viſc. quercin.*
*Lign. aloës, bacc. juniper.* āā ℥ß.
*Sem. pæon.* ʒiij.
*Cinamom. Caryoph. macer. cardam.*
*Fruct. anacardin.* āā ℈iv.
*Flor. anthous. ſalviæ, prim. ver. pæ*
*calend. beton. lavend. ſtœch.*
*lil. convall. euphrag. tiliæ* āā
Affund. Spir Vin. opt. qſ. digere
℞♂ vi. ad extrahendam Eſſentiam,
ſtea fiat deſtillatio, Deſtillato adde
*Ol. deſtill. lavend. quant. velit imbi*
*⊖is juniperin. Spir. ⊕ li impræg*
*Extract. Lign. Aloës* ℥ß.
Reliqvum in fundo adde & Miſce. F.
lixir.

Spiritum Vini Cephalicum, qu
*baccæ Juniperi* quoque nobilitant, m
mè ad vertiginem extollit *Mynſichtus*
*18. Armamentar. Chymic. p. 274.*

Extractum Cephalicum *Que*
*tani* ut & Elixir vitæ majus & mi
*baccæ Juniperi* ingrediuntur, & ad ve
ginem maximoperè commendantur

*Externè.* Externè *Oleum Juniperinum*
baccis Vertiginoſis adhibet *Conrad K*
*rath medull. deſtill. p. 445.* & naribus
ſuque illinere jubet.

Sequentem ſuffitum Vertigi
præſcribit *Rolfincius, lib. 2. Conſultat.*

℞ *B*

℞ *Benz. ſtorac. calamit.* āā ℥ij.
*Caryophill.* ʒiij. *gran. juniper.* ℥ß.
*Flor. lavend.* ʒij. Miſc. F. Pulvis:
[c]arbonibus inſpergatur pro ſuffitu.

## III. APOPLEXIA.

QUemadmodum Glacies pro materia aquam & vaporem habet, ita Apo[p]lexia & Paralyſis ex iisdem proveniunt [c]auſis, humoroſis videlicet & vaporoſis, [e]t differunt ſaltem hi affectus ratione [m]ajoris & minoris, & quamvis in ambo[b]us lædatur motus & ſenſus, major ta[m]en adeſt læſio in Apoplexia, ibi enim [c]um ſenſu & motu reſpiratio quoque [n]onnunquam cum pulſu aboletur & ra[ti]o, in Paralyſi verò motus tantùm & [ſe]nſus hujus vel illius corporis partis [t]ollitur ſine rationis læſione. *Apoplexia.*

In utroque affectu *Juniperina* excel[le]nt medicamenta. Inprimis in Apo[p]lexia maximoperè commendantur in[je]ctiones Clyſterum, qui Spiritus anima[le]s excitare valeant, & ſic talem com[m]endat *Sennertus lib. med. Pract. part. 2. [c]ap. 33.*

℞ *Rad. ireos, angelic.* āā ℥iij,
*Fol. rut. calaminth. puleg. hyſſop. cent. min. laur.* āā Mj.
*Flor. ſtœch. Arab. lavend.* āā Mß.
*Fol. ſenn. Sem. cartham.* āā ℥ß.

*Bacc. juniper.* ℥iij. *agaric. alb.* ℥ijj.
*Pulp. colocynt. in petiâ ligata,*
*hujus locô in humore melancholic*
*Hellebor. nigr.* ℥j.
Coqu. ſ.q. Hydromel. Colatur. ℔j. add
*Elect. hier. ſimpl.* ℥vj. *hier. logadi.*
*Benedict. laxativ.* āā ℥ij.
*Pil. cochiar.* ℈j. *ol. rut.* ℥ij.
*Mel. roſat. vel anthoſat.* ℥j. ⊖ *gem*
℈iv.
Miſc. F. Clyſter.

Inter interna aquæ excellunt A plecticæ dictæ, quarum paucas repe formulas juniperi baccis orbatas, uti dere licet *apud Sennert. loc. cit. Quer* *Interne.* *tan. Langium, Vid. Vidium. Euonym* *Weckerum, Mynſichtum, Timæum à* *denklee in Caſ. Med. & alios*, quarum f mulas omnes & ſingulas addere no non eſt inſtituti.

Singularem Miſturam Antapop cticam deſcribit *Rolfincius lib. 4. Chim. ſ. 4. cap. 2.* quæ talis:

℞ *Miſturæ* ⊕*latæ*, ♀*iſatæ, theriacalis*
*Spir. CC.* ⊖*e volatili impregnati*
*lil. convall. ſangvin. human.* āā
*Extract. Granor. juniper. roriſma*
*ſalv. betonic. ſerpil.* āā ℥j.
*Eſſent. lavend. lil. convall.* āā ℥ß.
*Syrup. fl. lavend. pæon.* āā ℥iij.
Miſce omnia exactè; ſtent in digeſti
ig

gnis lenti, ſpatio ♂ ℞iij in cucurbitâ, donec in fundo vaſis appareat hypoſtaſis ſeu ſedimentum ſpiſſum craſſumve, reliquum verò clareſcere incipiat & rubeſcere rubini aut vini inſtar rubri. Purum ab impuro ſeparetur per inclinationem. Quod ſi quid in digeſtione exſtillaverit per alembicum ſuprapoſitum, adde Colaturæ, quæ iterùm coletur. Colatum ſervetur in vitro benè claudendo. Doſis ℈i, ℈ij.

*Quercetanus cap.9. Pharmacop dogm. reſtit.* tale vinum Apoplecticis ordinat & dicit, quòd unum vel duo cochlearia illis exhibita, ſubitò Apoplecticos reſtituant & tanti mali tyrannidem arceant:

℞ *Flor. lavend. Salv. Anth.* āā *p.IV. vel V.*
*Bacc. juniper.* ℥ij.

Infund. vitro, affundatur Vinum optimum, occluſô vaſe macerentur in Bal. Mar. tepidiſſimo per 4. vel 5. dies, Colentur.

Simile Vinum medicatum *juniperi baccis* nobilitatum, Apoplecticis præſcribit *Deckerus in notis ad Prax. Barbett. cap. d. Apoplex. ibidem* videndum.

Sal Apoplecticum tale exhibet *Mynſicht. Sect. XI. Armament. Chymic. pag. 194.*

℞ *Sem. eruc.* ℔ij.
*Rad. lil. convall. pyrethr. caryoph.* ãã
*Ceraſor. nigr. ſylveſtr. exſicc.* ℔ß.
*Bacc. juniper. laur.* ãã ℥iv.
*Herb. iv. arthet. majoran. roſmar. origan. hyſſop. ſalv. acut.* ãã
*Flor. calend. lavend. prim. ver.* ãã ℥ij.

Miſc. F. l. a. Sal candidiſſimum.

*Loquelæ amiſſio in Apoplexia.* In loquelæ amiſſione Apoplecticorum ſequens maximis extollit laudibus Philippus *Müllerus l. V. Miracul. Chymic.* p.

℞ *Granor. Juniperi* Mij.
*Aqu. Vitæ. Menſ.* 1.

Contund. & macerentur in Aqua per triduum & colentur per pannum. Imponantur deinde ſalvia, pulegium, naſturtium & croci ʒj. Detur patienti & ſtatim loquelam recuperabit.

Singulare quoque medicamentum ad amiſſam loquelam recuperandam ex *Juniperis* concinnat *Conrad Kunrath* 466. *medull. deſtillator.* quod *locô* videri poteſt.

*Externè.* Inter externa ſequentia Capiti applicat in Apopl. *Sennertus loc. ſupra alleg.*

℞ *Fol. ſalv. majoran. puleg. rut.* ãã
*Flor. chamomill. ſtœch. Arab.* lot. ãã Mß.
*Rad. calam. aromat. Sem. aniſ.*
*Bacc. juniper.* ãã ℥ß.
*Nuc. moſch. cubebar.* ãã ʒij.

coqu. in vaſe clauſo cum ſ. q. Vini, Colatura pro fomento capitis Detur. Si prædictis ad mollitiem coctis & contuſis ol. rutæ vel irinum addatur, Cataplasma capiti applicandum. Vel

℞ ⁂ *rutac. nardin.* ãã ℥iß.
*deſtill. bacc. juniper.* ℥iij.
*Pulv. caſtor.* ʒj. *euphorb.* ʒß.
*Ceræ. qſ.* F. Linimentum, Capiti & Spinali medullæ applicandum.

In deſperatis Apoplecticis *Horſtium* capiti raſo ſummo cum fructu applicuiſſe ſequens Emplaſtrum teſtatur *Sennertus/Prylingius lib. 1. Med. Practic. part. cap. VI.*

℞ *Myrrh. elect. ſtyrac. calamit.*
*Bdellii Benz. Ladan.* ãã ʒß.
*Sandarac. Ar.* ℥iß. *Lap. lazul.* ʒß.
*Oſſ. cran. human. præparat.* ℥ijß.
cum ſ. q. Styracis liquidæ F. Emplaſtrum.

## IV. PARALYSIS.

QUamvis recenſita medicamenta & in paralyſi quoque magnoperè proſint, *Paralyſis.* habet tamen & alia quædam ab Autoribus ſpecificè ad Paralyſin commendata adferre ut Virtus *Juniperi* eò magis omnibus innoteſcat.

Præclarè monet *Quercetanus p. 665. Pharmacop. dogmat. reſtitut. adverſus* Paralyſes hydroticum eſſe parandum ex *Internè.*

*ligno juniperino* cum floribus Calendu[lae]
Lavendulæ & Roſmarini magnâ co[pia]
addendo ſingulis hydroticis ſuos S[…]
in majorem utilitatem, nec non liq[uo]
rum acidorum ex ♀is & ⊕li Spiriti[…]
aliquot guttulas.

*Sebizius part. 2. Specul. Med. Pr[…] ſect. 2. cap. 13. Aquam è baccis* Juniperi […] Paralyſin internè ſingulariter comm[en]dat.

Miſturam ſequentem, capiti […] pote confortando apprimè conveni[en]tem ægro Paralytico præſcripſit *Ro[…]tius lib. 2. Conſultat. 20. p. 295.*

℞ *Aqu. ſalv. prim. ver.* āā ℥ij. […]
CC. ℈ß.
*Extract. juniper.* ℈ß. *caſtorei* ℈i[…]
*Syr. cinamom.* ℥ß. *ambr. gryſ.* g[…]
Miſc. Doſ. cochlear unum vel dimidi[um]

Vel

℞ *Miſtur. ſimpl.* ℥VIII. *Spir. lign. qu[…]*
*Liquor. CC.* āā ℥j.
*Extract. bacc. juniper.* ℥ß. *CC.* ℈i[…]
*prim. ver. calendul.*
*calam. aromat. majoran.* ā[…]
*Eſſent. ſalv. anthoss* āā ℥ß.
*Moſch. ambr.* āā ℈ß.

Miſc. optimè, digerantur ut clarifi[cen]tur; Colentur & uſui reſerventur. […] ℈j. ℨß. ad ℈ij. in liquore conveni[…] *Greyling. lib. 1. med. Pract. part. 1. c. 7[…]*

*Externè.* Externè à medicamentis quo[…]

ultum auxilii Paralytici ſibi promit-
nt. Talia medicamenta externa quam-
rima extant apud *Sennertum loco ſu-
à allegato*, quæ omnia *juniperi baccis*
nt inſignita.

In Spiritu Vini Paralytico *Myn-
oti* primum ferè tenent locum *baccæ
iperinæ*, ſicut ex deſcriptione ipſius
*t. 18. Armament. Chymic. p. 284.* vi-
ndâ liquet. *Idem* Balneum Artificia-
ubi Thermæ naturales deſunt, parat
ue *baccas juniperi* ad ℥vij. adjungit &
s vires ad membra paralytica recre-
da parteſque nervoſas calefaciendas,
iccandas, roborandas, priſtinæque
tioni reſtituendas extollit *Sect. 28. cit.
. p. 411.*

*Grembſius p. 173. arbor. integr. & rui-
homin.* hanc tradit inunctionem.

*Lumbricor. terreſtr. bacc. juniper.
Sem. eruc.* ā ā ℥ij.
*Rad. angel. pyrethr. aron.* ā ā ℥j.
*Flor. lavendul. roſmarin.
Piperis long. allii recent.* ā ā ℥ß.
*Maſtich. ſuccin. citr. euphorb. caſtor.*
ā ā ʒiij.

affunde Spir. Vin. rectificat. ℔iij. Co-
ra ſervetur ad uſum, quâ cum mem-
paralytica ſæpius inungantur.

*Poterius* fotum ex pede bovino, ad-
is Fol. roriſmarin. ſalv. menth. praſſ.
alb.

alb. calamenth. origan. āā M℔. Ba
laur. *Juniper* āā ℈j. quæ mixta in aqua
Vino coquebantur, Paralytico profu
obſervavit, uti refert *in Centur.* 1. *Obſerv*
*Curatione* 45.

Sequens ſemicupium, adhibitis
additis aliis quibusdam idoneis re
diis, alium Paralyticum reſtituiſſe
teſtatur *Poterius Cent.* 2. *Obſervat. Cura*

℞ *Bacc. juniperi* ℔ij. *laur.* ℔j.
*Fol. roſmarin ſalv. menth. major*
*abſinth. calamenth. origan. r*
*chamomill. melilot.* āā M iv.
*Flor. Stœch. Ar. roſar. anthos* āā

Coqu. in Vino & aqua pro ſemicupi

Balſamum Antiparalyticum ſi
larem deſcribit *Schrôderus lib.* 2 *Pha*
*cop. med. Chym. cap.* 41, cui *Baccæ Ju*
*ri* ad ℥j. admiſcentur.

Nec jam citatus *Mynſichtus*
gvento ſuo Paralytico, *ſect.* 35. *Arma*
*Chym. deſcriptô, oleum Juniperinum* a
voluit, ſed illud ad ℥j. eidem adjun

*Obſervatio* Noſtram ſi adducere liceat ex
entiam puellam Paralyticam in Ci
Heringenſi 14. annorum hiſce re
mus.

Præmiſſis medicamentis pu
tibus diaphoreticum tale ordinavi

℞ *Lign. ſanct. juniper.* āā ℥j. *ſaſſafr*
*Rad. ſarſaparill.* ℥iij.

ꝑqu. in ſ. q. ▽ fontanæ, Colaturæ adde
*Rob Juniperin.* ℥ß. *Syrup. fl. pæon.* ℥iß.
Miſc. S. Schwitztränckicin auf 4. mahl.

Inter alia adhibuimus ſequens
Elæoſaccharum magnarum certè virium
in omnibus capitis affectibus frigidis:

*Ol. anthos. rut. lavend. juniper.* āā ℈ß.
*ſuccin.* gvij. *apoplect. ab aquâ apoplect.* ℈j.
*Succin. alb. præparat. cran. human. præp.* āā ʒj.
*Cinnab. nativ.* ʒß. ♁ij. ʒj.
*Sacchar. Canarienſ. opt.* ℥ij. l. iij.

Miſc. exactè F.l.a. Elæoſaccharum D. S. Hauptſtärckendes Zucker-Oel.

Præterea addidimus ſequentem
Mixturam:

*Spir. CC. cum ⊖e volat.* ʒj.
*Eſſent. juniper. caſtor. ſuccin.* ʒß.

Miſc. in vitro S. Schlag-Eſſentz.

Externè membra paralytica panno aſpero ad rubedinnm usque fricari
juſſimus & poſteà oleo ſequenti inungi:

*Ol. d. laterib. ſpic. ſuccin. juniper.* āā *deſt.* ʒß.
*caſtor. euphorb. lumbricor.* āā *coct.* ʒij.

Miſc. DS. Euſerlich vermiſchte Oele zu erſtarten Gliedern.

Ad Paralyſin à Variolis excitatam | *Paralyſis à Variolis*
vel poſt illas relictam ſequens commen-
dat

dat Ungventum *D. Gregorius Hoo*[illegible] *Tractat. de febr. malign. edito à D.* [illegible] *el Horſtio p. 141.*

℞ *Pingved. tax. vulpin. anat.* [illegible]
ãã ℥i.
*Ol. abſinth. chamomill. rut.* ãã [illegible]
*bacc. laur. juniper.* ãã ℥ij.
*Flor. chamomill. ſalv.* ãã Mj.
*Vin. malvatic.* ℥iij.

Miſc. F. l. a. Ungventum, quô [illegible] dorſi & membra Paralytica inunga[illegible]

*Paralyſis Scorbutica.*

A Scorbuto nonnunquam Pa[illegible] ſin ortum ducere ſæpius obſervatu[illegible] quæ Paralyſis dicitur Scorbutica, [illegible] jus initiis ſequens profuiſſe teſtatu[illegible] *verinus Eugalenus Tractat. d. Sc*[illegible] *p. 70.*

*Externè.*

℞ *Herb. beton.* MIV. *Bacc. juni*[illegible] Coqu. in ℔viij. Aquæ ad modum [illegible] Coletur & exprimatur, addatur Sa[illegible] ℔ij. Coqu. ad ſyrup. conſiſtentiam [illegible] ab igne remoto adde Zinzib. ℥ij. [illegible] ris, Calam. aromat. Cubebar. Fol. [illegible] ãã ℥ß Miſc. F. Electuarium. Doſ. c[illegible] ante & poſte cibum.

Sic in eâdem Paralyſi Deco[illegible] ligno Saſſafras, Rhodio, Quajaco[illegible] dic. Sarſaparillæ, Chinæ cum *baccis* [illegible] *peri* aliisque antiſcorbuticis comm[illegible] *Drawizius* von der Scharbockiſchen [illegible]mung *p. 163.*

Præterea jam *citatus Drawizius p. 70. & ſeqq.* ſequentia in Paralyſi ſcorbutica laudat Diaphoretica:

℞ *△. Enul.* ℥iß. *prim. ver* ℥j.
*Extract. bacc. Juniper* ℈ß.
*Galang.* gr viij.
*Spir* ☿*i rectificat.* ℈j. *piperit.* ℈ß.
*Eſſent. caſtor.* gr VI.
*Manus Chriſti cum* ⚬⚬ *ſuccin. parat.* ℥iij.
Miſc. F. Potio.

Vel

℞ *Rob. Juniperi* ℥j. *Sambuc.* ℥ß.
*Succin. alb. præp.* gr XII.
*Pulv. ſem. cochlear* gr VII. *hyperic.* gr V.
*Ol. lign. ſaſſafras* gr ij
☿*iter Spir. Vin. rectific.* gr ij.
*Sacchari q. ſ.* Miſc. F. Bolus.

Linimentum poſtea externè concinnat vide p. 174. *Externè.*

℞ *Rad. pœon. galang.* ãã ℥iij.
*Summit. ſalv. hyſſop. beton.* ãã *p.* ij.
*Flor. chamomill. rom. pœon.* ãã *p.* iij.
*Fol. origan. rut. recent.* ãã M ß.
*Bacc. laur. Juniper.* ãã ℥iij.
*Caſtor.* ℥iß.
Inciſ. & contuſ. Coqu. in Ol. lumbricor. ℔ß & Vini ℥iij. ad vini exhalationem, poſtea adde
*Ol. nuc. moſch. expreſſ.* ℥ij.
*Succin. roſmarin. deſt.* ãã ℈j. Miſce.

Vel

Vel

℞ *Sapæ bacc. ſambuc. Mell. juniperi*
*Reſin. pin. Ol. lilior. alb.* āā ℥ij.
*Gumm. Ammoniac. in ſucco ſummit.*
*ſambuc. depurat.* ℥j.
*Herb. chamæpytid. meliſſ.*
*Flor. chamomill.* āā ℥j. & ℥ij. *lav.*
♀*i ad nigred. calcinat.* ℥ß.

Miſc. F. l. a. Emplaſtrum.

Hactenus Drawizius.

*Hartmannus* p. 87. *Practic. Chymiatric.* ſequens commendat ad membra reſoluta:

℞ *Summitat. origan. fol. querc.*
*Bacc. juniperi* āā M IV.
*Conor. abiet. num. IX.*

Coqu. cum ▽ communi ad craſſitiem, quô decoctô membra foveantur dum frigeſcat.

## V. EPILEPSIA.

*Epilepſia.* SI Epilepſiam cum PIESTERO, gentium quondam Deaſtro, æneis hîc figuris depictô, comparemus, rem faciemus magis ingenio acuendo idoneam, quàm rei veritate conſentaneam.

PIESTERUS imago eſt ænea, incolumis nec adhuc, brachium licet hanc ob causam illi ſit avulſum, cognitæ æris ſpeciei hominis ſedentis ſtaturam præ ſe ferens, capite magnô perforatô, ore perfectô

an

PIESTERUS
EJUS FORMA ANTERIOR



PIESTERI FORMA POSTERIOR.



mploque ventre prædita , aſpectu ter-
bilis & tota cava. Hæc ſi adimplea-
ur aquâ aliisque rebus diverſarum qua-
tatum & ſupra ignem , obturatis fora-
inibus in capite & ore ligno firmiſſi-
è, collocetur , paulò poſt cum inca-
ſcit humor tranſudat ſudoris inſtar.
ccedente verò tempore & accreſcente
lore obſtacula foraminibus intruſa &
lmota maximo cum impetu rejicit,ma-
oque cum fremitu & boatu igneam
omit flammam maximo cum terrore
mmaque admiratione adſtantium.
anc antiquam & de Gentilium adhuc
perſtitione teſtantem Imaginem aſſer-
t *Illuſtriſſima Aula Sondershuſana*
*hwarzburgica*, olim poſita fuit in
onte Rotenburgo altiſſimo propè Kel-
am ſito, & eâ uſi ſunt Sacerdotes
hnici ad lucrum excitandum & ſacrifi-
. adaugenda, dum Majoribus noſtris,
um neſcientibus, perſvaſerunt, Deum
*ſterum* eſſe iratum & præ iræ ardore,
lorem illum emittere, ideoque neceſſe
e, ut donis placetur. Hoc ſi factum,
nem ſuggeſtum abſtulerunt & ſudor
anuit, ſin minus, ignem auxerunt &
c ſecuti ſunt fremitus & boatus
isque violenta egeſtio, quibus viſis &
ditis, imperita & ſuperſtitioſa cohors

attulit quæ poſſedit, ira Pieſtri ut placc-
tur. O ſuperſtitioſam dementiam!

Sed ad Epilepſiæ comparationem
accedamus. Sicut *Pieſterus* ipsô aſp-
ctu imago eſt terribilis, ita & Epil-
pſia affectus eſt terroris plenus, ita ut
Romani Comitia, ſi quis repentè ill-
morbô correptus concidiſſet, dirim-
rent.

Sicut etiam *Pieſterus* ſudorem em-
tit, fremit & boat, ignem evomit &c.
ab Epilepticis ſudores quandoque tra-
ſpirantur mephitici, fremunt illi no-
nunquam & miſerandô clamore om-
bus horrorem incutiunt, dentibus ſ-
dent, & licet ignem non evomant, eff-
tamen ex ore illorum ſpuma horrendi-
abominabili cum aſpectu.

Sicut etiam recenſitos hos effe-
in *Pieſtero* non ab incantatione, ſed a-
miâ repletione aque contrariis & in-
cem inter ſe pugnantibus rerum illa-
rum qualitatibus, nec non ab acrib-
volatilibus & ſulphureis exortis va-
ribus & excitatâ effervèſcentiâ, ut &
obſtructione foraminum ligneis cu-
conciliatâ provenire putamus, ita &
pilepſiam vel à nimiâ & vitioſâ tàm ſa-
gvinis quàm aliorum humorum re-
tione & abundantiâ, inque non acri-

[...]ùm & mordaci ſed ſingulari etiam ho-
[...]ilitate & nervoſo generi infeſtâ quali-
[...]ate conſiſtente, vel ab acrioribus & aci-
[...]is vaporibus, effervefcentib9 à cerebro
[...]el inferioribus partibus, obſtructione
[...]borantibus, excitatis, vel à quavis re
[...]apiti & nervis inimicâ provenire autu-
[...]amus, & ſic non imperitè *Piesterus* cum
[...]pilepſia comparari poteſt.

In terribili hoc affectu *Juniperus* [...]pem petentibus, operam & auxilium [...]on denegat, ſed atrocem hunc hoſtem [...]xtrâ felici ſæpe fugat & propellit.

*Quercetanus* Epilepſiæ Elixir Vitæ [...]ajus ℥ij *baccarum juniperi* clarum, ut & [...]quam Theriacalem Cephalicam ℥j *ea-*[...]*ndem baccarum* honeſtatam, nec non [...]quam Antepilepticam Majorem ℥ß *ea-*[...]*ndem* nobilitatam opponit, & inprimis [...] hoc affectu ſequens Decoctum Hy-[...]oticum deprædicat *cap. 8. pharmacop.* [...]*gmat. reſt. p. 665.* *Internè.*

*Raſur. lig. bux.* ℥ijß. *lign. Juniper.*
*Rad. pœon. viſc. quern.* āā ℥iß.
*Raſur. lign. Rhod. C. C.* āā ℨVI.
*eboris, rad. chinæ* āā ℥ß.
*Sem. card. bened. cort. citr.* āā ℥j.

[...]acerentur per 24. horas in ℔VIII. aquæ [...]ntanæ tepidæ, Deinde Coqu. ad unius [...]rtiæ conſummationem addendo ſub fi-[...]em Decoctionis flor. tiliæ & lil. convall.

āā p. ij. Fiat Colatura per manicam Hi-pocratis cujus Doſ. ℥v. ad vi. in potu.

*Grülingius lib. 1. Med. Pract. part.* *cap. V.* ad Epilepſiam commendat *E-ctuarium Juniperi* cum Magiſterio Sma-ragdi.

*Externè.* Externè in paroxyſmo Epilepſia cervicem illinere monet *Hofmannus* *meth. med. cap. 19. oleo ex ligno juniperi* *Sennertus lib. 1. Med. Pract. part. 2. cap.* oleo ſequenti membra ut inungantur convulſa ſvadet.

℞ *Ol. lil. albor. chamæmel.* āā ℥ß.
*Pingved. human.* ʒij. *Ol. juniperi*
ʒj. Miſce.

Linimentum ad nares tale in paroxyſmo idem commendat Autor *loco citato*:

℞ *Extract. rut.* ℈ij. *caſtor.* ℈j.
*Ol. deſt. rut. ſuccin.* āā ℈ß.
*Gran. juniper. majoran.* āā g
*Camphor.* g v. *Theriac. antiqu.* ʒ
F. Linimentum ad nares

Simile Balſamum Epilepticum con-cinnat *Hofmannus Theſaur. Pharmac.* *p. 35* & eodem nares & verticem ca bis vel ter in die inungit, quamvis *ol.* *Juniperi* ſpinæ dorſi illitum idem præſta-re indicat *Conrad Kunrath medull. c* *p. 446.*

Cucupham ſequentem æg ſalutarem pronunciat *Rolfincius* *Conſult. 12. p. 107.* ℞

℞ Flor. lil. convall. prim. ver. pœon. ãã Mj.
Rad. acori, valerian. fraxinell ãã ℥ß.
Sem. aniſ. fœnic. ãã ʒij, fol. major. Miv.
Reſin. tacamahac, junip. hederæ ãã ℥ß.
Succin. ℥j.

Contuſis & conciſis adde ol. anthous, rhodin. ãã ℈ß. conſuantur in ſyndone rubrâ.

In Epilepſia infantum ſpinam dorſi & membra quæ contrahuntur ſequentibus remediis illinire jubet *Verzaſcha l. 1. Diver. Contract. cap. 8.* — *Infantum Epilepſia.*

℞ *Aqu. ſalv.* ʒij. *aqu. vitæ cum caſtor. & maſtich.* ʒj.
*Spir. lil. convall. juniper.* ãã ℥ß.
*Ol. deſtill. ſuccin.* ℈j. Miſce.

Vel

℞ *Ol. vulpin.* ʒj. *caſtor.* ℥ß. *rut.* ʒij. *deſtill. è bacc. juniperi* ʒj. Miſce.

## VI. CONVULSIO ſeu SPASMUS.

DE Ebriis haud imperitè Comicus ita loquitur. Neque manus neque pedes faciunt officium, ſed veriùs in Convulſos illud quadrat, quibus nulla corporis pars convulſa remanet in officio; at huic malo ſtrenuè ſe opponit *Juniperus*, internè & externè adhibita. — *Convulſio.*

Internè ad convulſionem Syrupum de pyrethro compoſitum ʒiij. *bac-* — *Internè.*

*carum juniperi* clarum exhibet *Mynſ-tus ſect. 16. Armament. Chymic. p. 26*2
In Spaſmo maligno & epidemico ... no 1596. & 97. graſſante potum è Rad... bus helenii, pœoniæ, Herb. ſalviæ, ru... *baccis juniperi* in uſu fuiſſe ægrotis te... tur *Sennertus lib. 4. de febr. cap. 14.*

*Externè.* Externè ſequens Unguentum ... Spaſmo ex *Paræo* extollit *Fabricius Hil-nus cap. 24. Tract. de Gangræna:*

℞ *Herb. ſalv. chamæpit. majoran. menth. rut. lavend.*
*Fl. chamomill. melilot. aneth. hyp...* āā M߀.
*Bacc. laur. Juniper.* āā ℥ij.
*Rad. pyrethr.* ℥ij.
*Maſtich. Benz.* āā ℥iß *Thereb... Ven.* ℔j.
*Ol. lumbricor. aneth. catellor.* āā ... *Therebinth.*
*Axung. human.* āā ℥ij. *Vin. malv...*
*Ceræ q. ſ.* Miſc. F. l. a. Ungvent...

Notum & celebre quoque eſt Balſa... Spasmaticum *Mynſichti*, quod ita *ſe... Armament. Chym. pag. 475.* parat:

℞ *Pingved. angvill.* ℥j.
*Ol. galban. cum Spir. therebinth. de... lumbricor. lil. albor.* āā ℥iij.
*ſuccin. alb. rectif. roſmar. angel.* ...
*Bacc. juniper. chamomill. origan... laur.* āā ℥j.

*Caryophill. lavend. ſalv. rut.* ãã ℈j.
Miſc. & cum Ol. Moſch. expreſs. & Ceræ
lb. ãã qſ. F. l. a. Balſamum.

Sic & Ungvento ſuo Spaſmatico
idem Autor *Spiritum Juniperi* ad Uncias
tres adjungit, *ſect. 35. pag. 490. libr. citat.*

Balneum tale commendat *Verza-ſcha lib. 1. River. Contract. cap. VI.*

℞ *Rad. alth.* ℥ij. *lil. albor.* ℥j.
*Fol. beton. malv. parietar.*
*ſalv. chamæpit.* ãã M iij.
*Sem. lin.* ℥iß. *fœnu græc.* ℥ß.
*Bacc. juniper.* ℥vi. *laur.* ℥iij.
Incisa & contuſa coquantur pro Balneo.

Curavimus elapsô annô juvenem in hâc civitate 14. annorum, motibus convulſivis in manu & pede ſiniſtri lateris obnoxium, ſequentibus : *Obſervatio.*

Præmiſſis purgantibus & vomitoriis idoneis Diaphoreticum tale ordinavimus:

℞ ⊖ *C. C. volat. ſuccin. volat.* ãã gr. xvi.
*juniperin. fix.* ℈j.
*Flor.* ✱ci ℈ß.
Miſc. Divid. in 4 æquales partes S. Vier Schweißtreibende Pülverlein.

Hiſce adhibitis ſudavit per horam ſingulis vicibus in laconico, in quo ſedens artus convulſos inungere juſſimus Spiritu ſequente.

℞ *Spir. lumbric. terreſtr.*
*Bacc. juniper.* ãã ℥iij.
*Lign. juniperin.* ℥j.
🜍ci ℥vi.
Miſc. S. Vermiſchter euſerlicher Spiri

Ex laconico egreſſus ſpinam c
ut & manum & pedem in latere ſimi
inunxit oleo ſequenti:

℞ *Ol. vulpin. de caſtoreo* ãã ℥ij.
*deſt. laterin. juniper.* ãã ℥ß.
*ſuccin.* ℈j.
*Balſ.* 🜍*is juniperin.* ℈ß.
M.D.S. Euſerlich Krampf-Oel.

Quibus adhibitis, DEO ſi ll
convaluit.

VII. AFFECTUS SOPOROSI

Ὕπνον τῦ θανάτυ ἀδελφὸν qui dixi
vero non aberravit, experiuntu
lud ægri affectibus ſoporis obnoxii,
mortuis magis ſimiles apparent q
vivis.

Sunt autem affectuum ſopor
*Lethargus.* rum potiſſimum quatuor. I. dicitur
*thargus* & eſt inexpugnabilis dormi
neceſſitas cum febre, quâ tamen
excitari & ad interrogata ut reſpon
adduci poteſt, licet ſtatim in ſom
*Carus.* iterùm relabatur. II dicitur *Carus*,
adhuc profundior ſomni neceſſitas
febre, ex quo æger vix excitari pote

d interrogata non reſpondet. III. voca-
ur *Catalepſis*, quæ eſt ſomni profunditas *Catalepſis.*
anentibus oculis apertis & perſeve-
nte corpore in eo ſtatu & figura, quâ
ger correptus fuit. IV. *Coma ſeu Cata-* *Coma.*
*pora* appellatur, & eſt ſomnus quoque
rofundus, à quo tamen æger excitari
oteſt, ut oculos aperiat & vocatus re-
ondeat, in quem autem mox iterùm re-
bitur. Proximè accedit ad Lethar-
um, à quo tamen differt, quòd abſque
bre hominem corripere ſoleat.

Et in hiſce affectibus *Juniperus* præ-
o eſt manu auxiliatrice, ut ex ſequenti-
us patebit.

In omnibus ſoporoſis affectibus *Internè.*
ecoctum reſolvens capiti applicat &
achia, manus, pedes, & crura illo
care jubet *Riverius lib. 1. med. Pract.*
*p. 2.*

*Rad. pœon.* ℥ß. *angel.* ʒij.
*Fol. beton. ſalv. rut.* ãã Mj.
*Flor. majoran. lavend. anthos* ãã pj.
*Bacc. juniper.* ʒiij. *laur.* ʒij.

oqu. in vin. alb. veter. & aceti opt. ãã
j, Colatura Detur ad Vitrum & appli-
tur.

Tinctura Diaphoretica ſequens in
nnibus morbis ſoporiferis proponitur
*Schrödero lib. 2. Pharmacop. med. Chym.*
*p. 85.*

℞ *Rad. zedoar. angelic. calam. arom*
*galang. ſarſaparill. ulmar.*
*Macer. zinzib. cinam. gran. parr*
*Piper. nigr caryoph. lign. ſaſſafr. ãã*
*Alôes, maſtich. myrrh. thur. c*
*phor.* ãã ʒß.
*Moſch.* ℈j. *Spir. Vin. Aqu. roſ. moſchat.* ã
*ut Supereminеant digitos 4.*

Adde ad maturandam putrefa
nem:

*Spir.* 🜍*is. per camp.* ℥ß.
⊖*is juniper.* ʒij.

Stent in loco calido per 14. dies. D

In *Lethargo* liquorem hunc a
bet *Sennertus lib. 1. Med. Pract. pa*
*cap. 20.*

℞ *Extract. granor. juniper.*
*angel. zedoar.* ãã ʒj.
*Theriac. antiqu.* ℈ij.
*Syr. d. ſcord. acetoſit. citr.* ãã ʒv.
🜄*. rut.* ʒvi. *cinamom.* ʒij.
*Spir.* ⊕*-li gutt.* ix. Miſc.

De quo cochlear unum vel alteru
pius exhibendum.

In eodem affectu Decoctum
rans tale præſcribit *Rolfincius lib. 1*
*ſultat. V. p. 94.*

℞ *Rad. pæon. fænic. caryop. helen.*
*Fol. beton. rorismar. ſtœchad.*
*lavend. cum flor.* ãã Mß.
*Flor. anthos, lav. ſalv. lil. conval*

*Lign. juniper. rhod.* ãã ʒiij.

*Nuc. moſch. num.* ii. *Sem. aniſ. fœnic.* ãã ʒj.

oqu. in ſ. q. ▽æ fontan. in vaſe clausô olaturæ ℥ix. adde

*Syrup. d. ſtœchad.* ℥iß. *d. pœon. anthos,* ãã ℥j.

*Succini catarrhal.* ʒj. *Sacchar. cand. qſ.*

iſc. F. Potio D. in fictili S. Hauptſtärcken-r Tranck auf 3. mahl.

Idem *Autor* ad eundem affectum alſamum ſequens ita concinnat *loc. cit.*

*Ol. deſt. lavend. caryophill. cinamom. majoran. lil. convall.* ãã g x.

*Succin.* ℈j. *juniper.* ʒj.

*Nuc. Moſch. expreſſ. qſ. ad balſami conſiſtentiam.*

iſc. D. S. in pyxide ſtanneâ vel argenteâ aupt-Balſam.

Externè quoque *Sennertus locô jam* *rato* Lethargicis, caput ut hiſce Decois illinant, ſvadet. *Externè.*

*Herb. beton. ſalv. roſmarin.*

*Flor. ſtœch. Ar. ſpic. noſtr.* ãã ʒij.

*Bacc. laur. juniper.* ãã ℥ß.

*Sem. pœon. rut. fœnic.* ãã ʒj.

*Rad. Pyrethr.* ʒiij.

oqu. in vaſe duplici, vel locô calidô igerantur. Colaturâ expreſsâ caput inatur.

Vel

Vel

℞ *Bacc. laur. juniper.* ãã ℥iß.
*Rad. angel. zedoar. imperator.* ãã
*Herb. roſmarin. ſalv. beton.* ãã M
*rut. ſalurej. majoran.*
*Flor. lavend.* ãã Mß.

Inciſa bulliant in ſ. q. ♃i, in quo dee-
cto ſpongia vel linteum madefiat &
piti calidè applicetur.

*Timæus à Güldenklee lib. Caſ. me*
21. ſequens decoctum ad Cari Curaa
nem præſcripſit:

℞ *Coſt. Ægyptiac. ver.* ℥vi.
*Rad. pœon.* ☽ *decreſcente collect. fl*
*acor. ver. angel. cyper. enul.*
ãã ℥iij.
*Herb. roſmarin. beton. meliß. ſalv.*
*majoran. thym.* ãã Mß.
*Fl. prim. ver. lavend. lil. con*
*ſtœch. Ar.* ãã pj.
*Bacc. laur. juniper.* ãã ℥iij.
*Sem. aneth. fœnic. rut.* ãã ℥iß.
*Lign. ſaſſafras odorif.* ℥vi.

Inciſ. & conquaſſat. Coqu. in ſ. q. ▽ ſi
Colaturæ ℔iij. adde

*Syrup. d. hyſſop. d. ſtœchad. d.*
ãã ℥iß.
*de beton.* ℥ij.
*Oxymell. ſimpl.* ℥ijß.

Mixta clarificentur cum albumin
D. in fictili S. Decoctum.

## VIII. ΑΓΡΥΠΝΙΑ ſeu VIGILIÆ NIMIÆ.

DE Argo Vigilace ita pulchrè *Ovidius lib. 1. metamorph. fab. XVI.* canit. ἀγρυπνία

*ntum luminibus cinctum caput Argus habebat,*
*de ſuis vicibus capiebant bina quietem*
*tera ſervabant, atque in ſtatione manebant.*

d oculi Argi non omnibus conceſſi, eò,

*uod caret alternâ requie durabile non eſt.*

roinde ℞ *Bacc. Juniper contuſ. q. v.*
*Ol. lini qſ.*

oveantur ſæpe, coquantur vaſe operto temporibus refrigerata applicentur, *nrad Kunrath. medull. deſtill. p. 429.*

Celebre eſt Emplaſtrum hypnom *Mynſichti*, quod ita *ſect. 36. Armant. Chym.* parare docet:

*Ungvent. popul. ceræ citr.* ãã ℥iij.
*Opu ſpagyr. præp. Ol. nuc. moſch. expr.* ãã ℥iß.
*Tacamahac, maſtich. Sandarac.* ãã ℥j.
*Storac. calam. oliban. el. Reſin.* ãã ℥ß.
*Gall. moſchat. ver. Extract. croc.* ãã ℈j.
☍ *deſt. roſar. ver.* ℈ß. Miſce.

l. a. Emplaſtrum, Temporibus, fron- & pulſibus ante ingreſſum lecti applindum.

IX. MA-

Mania.

## IX. MANIA.

MAximum DEI donum eſt mens ſa-
na in ſano corpore, & econtra : a
minabile & horrendum eſt ſpectacu
hominem videre amentem & inſan
tem, quippe qui belluæ feroci magis
milis eſt, quàm homini, in crudeliſſi
tamen hoc affectu ſolatium à *Jun*
præmiſſis præmittendis expectari
teſt.

Internè.

*Joh. Michaël Savonarola Tract.*
*Practic. major. cap.* 1. ſequens Mani
commendat Electuarium, præſertim
xui ſequiori :

℞ *Agni caſt.* ℥iij. *Bacc. juniper.*
*tillior.* āā ℥ß. *Pœon.* ℨj.

Perfectè piſtentur & non cribellentu
cum melle non deſpumatô F. Elect
um. Doſ. quantitate nucis magnæ
nè & ſerò.

Alii, teſtante *Sennerto*, commen
Emulſionem ex ſemine papav. alb.
jugland. ſem. nigell. cannab. *Gran.*
*per.* & thure factam cum cereviſi
lidâ.

Externè.

Externè in hoc malo idem ſec
tia commendat *Autor lib.* 1. *Med.*
*part.* 2. *cap.* 15.

℞ *Herb. verben.* Miß. *ſabin. lupul.*
*Placent. roſar. num.* 1. *Gran.* Juni

ncifa groſſo modo indantur ſacculo ▽ communi coquendo & verticiim- nendo. Vel

*Placent. roſar. num. 1. Gran. Junip. Mß.*
*Sem. lactu:. ℥j. papav. nigr. ℥ij.*
*Spir. Vin. ℥ß. album. ovi. num. 1.*

ntund. & cum ſ. q. ▽æ roſar. in fine dent. ſem. carv. vel cumin. parùm F. centa capiti imponenda.

Sequentia Maniacis commendat rad *Kunrath. p. 428. medull. deſtil-r.*

ernè ℞ *Herb. vel Flor. lav. menth.* ãã *q. v.* quantur cum cereviſiâ ſecundariâ, coctum *Baccis Juniperi* & nucleis nu- n juglandium affundatur, ut fiat ar Emulſionis, quâ de manè cali- veſperi frigidè bibatur ad lubitum. ernè ℞ *Nucl. nuc. jugland. num. XXX.*
*Papav. alb. pond. æqual.*
*Flor. anth.* ℥vi.

nibus invicem probè tritis & ſub- s adde:

*Ol. deſt. bacc. Juniper. balſamin.* ãã *gutt.* xii.
▽ *Juniper.* ℥j. *roſmarin. roſar.* ãã ℥ß.

c. ad conſiſtentiam pultis, & cata- matis locô capiti tribus noctibus licetur.

*Rolfincius lib. 2. Conſultation. 9.* ca- piti

piti Maniaci ex amore inſani ſequ
ſacculus ut applicetur ſuadet:

℞ *Fl. anthos, betonic. lil. convall.*
*prim. ver. lavend. roſar. ſalv.* ãã
*Succin. maſtich.* ãã ℥j. *benzoës*,
*Styrac. opt.* ãã ℈ij. *gumm. juniper*
*Nuc. moſch.* ãã ℥iß. *Cubebar.* ℈
Miſc. F. l. a. Species pro Cucupha
ſperge ol. majoran. deſt. gutt. VI.
rhod. gutt. IV. S. Hauptſtärckende Sp
es zur Farbe.

Pro ditioribus ambra, moſchu
Spir. lil. convall. addi poſſunt.

*Obſervatio.* Elapsô annô 1676. Maniacum;
nis vinctum 3. menſium ſpatio, feli
hiſce curavimus medicamentis.

I. ℞ *Extract. hellebor. nigr.* ℥j. *fol. ſen*
Solvantur hæc extracta in ſ. q. ▽æ
gallid. D. S. Purgier Tränckl ein
mahl.

Cum verò expectationi hæc
ſatisfacerent ægerque, ne venen
exhibeantur, metuens, plura adm
nollet, ipſi neſcienti vino vitrum
gr. VIII. infuſum aliquoties exhibuim
purgatô corpore ſanguinem è di
venis, ut ex medianâ brachii ſiniſt
baſilicâ brachii dextri, ex ſalvatell
nuum & ex cephalicâ utriusque
largiter in pletorico miſimus, & 
manè & veſperi uſi ſumus Pulve
quenti:

℞ *Nitr. cum ♎ prep* ʒß. *ſacchar.* ♄ ʒiij.
*Corall. rubr. ſuccin. prep.* ãã ʒiß.
⊖ *angel. juniper.* ãã ℈ij.
*Cinnabar. nativ.* ʒvi.
iſc. omnia, D. S. Pulvis Antimaniacus
oſ. ℈j.

Pomeridiè horâ tertiâ ordinavi-
us:

I. ℞ *Eſſent. anagallid. & hyper. Rolfinc.* ʒiß.
*Tinct. corall.* ʒj ℥ij ʒß.
iſc. in Vitro S. Vermiſchte Haupt-Es-
ntz:

Externè verticis & temporum re-
illinebatur hoc Balſamo:

. ℞ *Ol. nuc. moſch. expreſs.* ʒij.
*deſt. ſuccin. gagat. anthos,* ãã ℈ß.
*juniper. lavend.* ãã gtt. vii.
iſc. l. a. ad conſiſtentiam Balſami.

Quibus adhibitis, DEO ſit laus,
vus eſt & incolumis & adhuc officiô
iterùm fungitur.

## X. MEMORIÆ IMBECILLITAS.

Leganter, licet ex opinione propriâ, *Memoria Imbecillitas.*
*ingenioſiſſimus Renatus des Cartes part. 1.*
*Paſſionibus* monſtrat, quomodo repe- *Memoria quomodo contingat ex mente Carteſ.*
mus in memoriâ ea, quorum recor-
i volumus, *inquiens*: Cum anima
t recordari alicujus rei, hæc voluntas
cit, ut glans (quam cerebro peculia-
r ineſſe dicit) ſe ſe inclinans ſucces-

ſivè horſum & illorſum, impellat Sp[illegible]
tus ad varias cerebri partes, usque d[illegible]
invenerit eam, in qua ſunt veſtigia, q[illegible]
reliquit objectum, cujus volumus [illegible]
cordari: Nam illa veſtigia nihil a[illegible]
ſunt quàm quod pori Cerebri, per q[illegible]
Spiritus antea ceperunt ſuum cur[illegible]
propter præſentiam hujus objecti acc[illegible]
ſiverint majorem facilitatem quàm [illegible]
ſeſe rurſus aperiendi eodem modò [illegible]
ritibus, qui ad ſe veniunt: adeò u[illegible]
Spiritus, eos poros facilius ſube[illegible]
quàm alios, quâ ratione excitant m[illegible]
ſpecialem in glande, quæ repræſ[illegible]
animæ idem objectum, & ipſi ind[illegible]
idem illud eſſe, cujus recordari [illegible]
lebat.

Magnus eſt Theſaurus firma[illegible]
moria, & quantum noceat ejus im[illegible]
litas, norunt hâc qui ſunt affecti.

Contra hunc affectum ſtrenu[illegible]
gnant *baccæ Juniperi, teſtante Sebiz[illegible]*
*2. Specul. med. Pract. cap. 15.*

*Internè.* Pilulas ad memoriam *Sennert*[illegible]
Balſamum mnemecephalicum, [illegible]
*Schröderus & Sennertus* deſcribunt, *ju*[illegible]
*baccæ* quoque ingrediuntur, utra[illegible]
deſcriptionem, cum *Nobiliſſimus*
*Herdot in Crocologia* tradiderit, no[illegible]
hîc repetere.

II[illegible]

Internè Pulverem ſequentem in memoriæ Imbecillitate ordinavit *Platerus lib. 1. obſerv. pag. XI.*

*Sem. coriandr. fœnicul. aniſ. carv. ſaccharo ſemi coopert.* āā ℥iij.
*Majoran. ſicc.* ℥ß. *gran. Junip. num. X.*
*Cinamom.* ℥ß. *ſpec. diagalang.* ʒj.
*Sacchar. roſ. tabulat. qſ.* F. Pulvis.

Externè ſequens præſcribit Ungventum *Sennertus lib. 3. med. Pract. part. 2. cap. V.* *Externè.*

*Ol. coſtin. juniperin.* āā ℥j. *nardin.* ℥ij. *d. caſtor.* ℥ß. *ſpicæ,* ℥iij.
*Pulv. Cinamom. nuc. moſch.* āā ʒj. *caryophill. macer.*
*Flor. anthoſ, lavend. ſtœch. Ar. ſpic. celt.* āā ʒß. *roſ. purp.*
*Cubebar. piper. long. ſiler. mont. cardamom.* āā ℈ij.
*Vini malvat.* ℥iij. 🜄*æ roſar.* ℥iv.

Coqu. ad conſummationem humiditatis Colentur, poſtea adde *Spec. diambr. moſch. dulc. dianth.* āā ʒj.

*Moſch. in* 🜄 *roſar. ſolut.* ʒß. Miſc.

Ungventum, quo poſt lotionem capiti occiput illinatur.

## XI. CATARRHI.

QUemadmodum in hoc orbis *μακρο-κόσμῳ* non ſemper aureum Solis jubar homines delectat radiis aureis, ſed nimboſus quandoque ſurgit Orion im- *Catarrhi.*

breſque nubibus hiſpidos manant in
gros, ſic in homine μικροκόσμῳ vaa
quoque occurrunt catarrhorum imbre
qui variant triplici modô 1. ratione te
mini à quo, 2. ratione viæ per quam ,
3. ratione termini ad quem derivantu
ſicque fiunt vel Externi vel Interni, C
lidi itidem vel Frigidi, prout cauſæ e
excitantes ſe habere ſolent. Omnib
hiſce generosè reſiſtunt *Juniperina me
camenta.*

Præmiſſis Purgantibus neceſſa
ἱδρωτικὰ medicamenta ad expellen
& funditùs extirpandos totius corpo
humores noxios magno ſunt uſui.
forma Decocti arrideat, tale præſcri
*Rolfincius lib. 2. Conſultat. 22.*

℞ *Rad. angel. fœnic.* āā ʒj.
*Fol. card. bened. capill. ♀. veron.* āā
*Fl. chamæmel. Rom. ſambuc.* āā
*Sem. aquileg. bacc. juniper.* āā ʒij.
*citr. excortic.* ℈j.
*Lign. ſaſſafr. gvajaci* āā ℥iij.
Coq. in ſ.q. ▽æ fontan. Colaturæ ℔j. a
*Syr. d. ſcord. card. bened.* āā ℥ij.
Miſc. F. Potio ad 4. Doſes.

Si autem catarrhi nimis acres,
nues, calidi, cum tuſſi vehementi co
nuiſque vigiliis ſint conjuncti, inte
pientia & incraſſantia medicamenta
hibenda ſvadet *Sennertus lib. 1.*

PP

*Pract. part. 2. cap. 34.* hâc tamen cum cau-
[t]ione, ne ſtatim principio adhibeantur
[c]atarrhum ſiſtentia, ſed potiùs diver-
[t]entia, niſi forſan materia cum periculo
[a]d pectus ruat & ſuffocationis pericu-
[l]um immineat, monetque ſiſtentibus
[n]on eſſe utendum poſtquam materia
[ja]m ad pectus defluxit, ſed dum ad pe-
[ct]us deſtillat. Pilulas præſcribit tales.

℞ *Thur. albiſs. ſandarac. Ar. myr.* ãã ℨß.
*Lign. aloës. nuc. moſch. macer. croc.* ãã ℈j.
*Ladan. puriſs. ſtyrac. calam.* ãã ℨij.
*Moſch.* gr v.

[M]iſc. & cum Syrupo de ſtœchade F. Pi-
[lu]læ pro ℨj. num. VI.

Vel dentur deglutienda grana ma-
[ſt]ichis & thuris horâ decubitus vel per
[ſe], vel ita præparata:

℞ *Gran. thur. maſtich. ſandarac. Ar. Tragacanth.* ãã ℨß.

[M]acerentur in vino rubro, deinde exſic-
[ce]ntur & deglutiantur num. V. vel VI.

Externè à *Sennerto loc. cit.* com- *Externè.*
[m]endantur varia, ut Pulveres ad ſuffi-
[t]us, Pulveres capiti inſpergendi, Saccu-
[li] pro capite, Cerota ad ſuturam Coro-
[n]alem obducendam, Emplaſtra & alia
[a]lia, omnia *juniperi partibus* inſtructa &
[c]ondecorata.

Inprimis in Catarrho ſuffocati
ſi maximum ineſt periculum, Phœnig
& Veſicatoriis opus eſſe Autor eſt
*Sennertus loc. cit.* hancque Phœnigmii
mulam addit:

℞ *Rad. aſphodel. pyrethr.*
*Bacc. laur. juniper.*
*Piper. long. ſinap.* ãã ℥j.

Terantur in pulverem & inunctô
vertice oleô coſtinô aliquid de illo
ſuturam coronalem inſpergatur, vel
oleo euphorbii & cera qſ. F. Cerc
Suturæ Coronali imponendum.

*Uffenbachius in appendic. ad A*
*tar.* pulverem talem internum ad
cunque defluxiones deſcribit:

℞ *⊖is uſt. bacc. juniper. laur.*
*Sem. cumin. aquil. aniſ. cinam.* ãã
*☿i ▽â diſſolut. & coagulat.* ʒß.
*Zedoar. zinzib. ſuccin. macer.* ãã
*Croc.* ℈j. *rad. tormentill.* ʒj.
*Sacchar. ad pondus omnium.*

Miſc. F. Pulv. Doſ. quantitate
avellan. in cibo quotidiè ſumenda.

In tuſſi à catarrho acri ſe
commendamus Eclegma:

℞ *Rob. Juniper.* ℥j. *Syrup. de juju*
*ſan.* ãã ℥ß.
*Spec. diatrag. frig. diaireos* ãã
*Sperm. cet. non ranc.* ℈j. *flor. ben*
*Ol. ſacchar. cum Spir. V in. para*

liſc. D. S. Ablöſender Bruſt-Safft.

*Grülingius lib. 1. Med. Pract. Part. 1.* *ap. 24.* varia proponit medicamenta nticatarrhalia externa, ut Pulverem ro ſiſtendo catarrho, qui capiti inſper- endus, Suffimigium, Species pro capitis & pedum lotione, Sacculum in ca- arrho frigido. Pulveres pro fumo, Sac- ulum ad materiam catarrhi abſumen- am caputque roborandum, Pomum o- oriferum, Pileolum in catarrho frigi- o, quæ omnia *juniperi* partibus ſunt no- ilitata & *loco citato* videri poſſunt.

*Mynſichtus ſect. V. Armament. Chym.* *pec. diabalauſt.* in catarrhis commen- at, quibus *gummi Juniperinum ad* ℥ß ddit, & ſuffimentum *de ſandaracâ* & *de* *ccino* ad catarrhos ſiſtendos & exſic- andos maximoperè extollit *ſect. X. lib. 2.* *tat. B. D. D. Hofmannus p. 64. Theſaur.* *harmacevt.* Emplaſtrum Altenburgen- ium *gummi Juniperino* quoque clarum roponit & in catarrhis, apoplexia, e- ilepſiâ, paralyſi &c. bregmati applica- um mira præſtare dicit, vid *loc. cit.*

Pro pedum lotione in catarrhis equentia præſcripſit *Timæus à* Güldenklee *lib. 1. Caſ. med. p. 46.*

℞ *Herb. ſalv. hyſſop. origan. thym.*
*beton. majoran.* ãã Mj.
*Fl. chamomill.* Miß. *ſtœchad.* Mj.

*Summit. aneth.* Mj. *Bacc.* Junip
℥ij. ⊖*is* ℥iij.
Incid. groſſo modo pro pediluvio.

Singularis balſami anticatarrhal cujus operam addendo guttas aliq olei C. C. ſæpe felici cum ſucceſſu exp ti ſumus, meminit *Rolfincius lib. 3. Com tat. 1.* paratur ita:

℞ ☍ *nuc. moſch.* ℥ij. *ſuccin.* ℈ß. *junip.* *majoran.* ℈ß. *Balſ. Peruvian.*
Miſc. F. l. a. Balſamum S. Balſam an Schläffe und auf den Nacken zuſtreich

## Caput IX.

## JUNIPERUM IN OCULORU MORBIS COMMENDAT

### I. VISUS IMBECILLITA

*Viſus Imbecillitas, ejus Nomina.*

MAgnum ad quævis negotia exp enda eſt impedimentum Viſus becillitas. Græcè dicitur ἀμάυρωσις, τῦ ἀμαύρυ, quod obſcurum quid, ἀπὸ ἀμαυρεῖν, quod obſcureſcere de tat. Vocatur quoq; ἀμβλυωπία, ἄμβ μα & ἄμβλωσις, ἀμβλὺ enim hebe obtuſum, & ἀμβλύνω idem quod ob do, hebeto, obtuſum reddo, ſignific

*Differentiæ,*

Nomina hæc inter Autores ſæp Synonymis habentur, aliter tamen ſ unt *Aëtius tetrad 2. ſerm. 3. cap. 48. P lib. 3. cap. 22. Actuarius lib. 2. meth. c. 7.* & ἀμαύρωσιν, quæ etiam nonn

utta ſerena, Germanis der ſchwartze ſtaar audit, perfectum videndi impedimentum, cum nempe omninò nihil cernitur ſine manifeſtâ oculi affectione, dicunt, ἀμβλυωπίαν verò videndi ſaltem obſcuritatem nominant.

Differunt itaque inter ſe ratione graduum, & magnitudine cauſarum, quæ ſi majores ſint ἀμαύρωσιν, ſi minores ſint ἀμβλυωπίαν introducunt.

In viſus debilitate corrigenda & cæcitate prohibendâ locum non poſtremum tenet Juniperus, parteſque ejus cæteriſque medicamentis ophthalmicis admiſcentur. Ita enim *Sennertus lib. 1. Med. Pract. part. 3. ſect. 2. cap. 44.* Aquam ophthalmicam componit:

℞ *Fol. rut. euphraſ. verben. fœnic.* ā̄ā Mj.
*Summit. roſmar. ſalv. Fl. roſar.* ā̄ā pij.
*Gran. junip.* ℥j. *caß. lign.* ʒß. *lign. aloës* ʒß
*Sem. fœnic.* ℥ij. *rut.* ʒß.

Infund. in vini malvat ℔vi. Macerentur per dies V. poſtea deſtillentur.

Aquam quoque ophthalmicam *D. Hörer*i aliamque aquam ophthalmicam, ut & Electuarium oculos roborans idem Autor ſubjungit, quibus omnibus *Bacca Juniperinæ* adjunguntur, & in aquâ oculari internâ *Mynſichti* primum tenent locum & baſin illius ferè conſtituunt *Baccæ Juniperinæ*, ſicuti videri poteſt *ſect. Armamentar. Chym. p. 297.* Vi-

Vinum medicatum tale in v
imbecillitate præſcripſit *Platerus* ll
*obſervat. pag.* 107.

℞ *Fol. euphraſ. ſicc.* ℥j. *Rad. fœnicul.*
*Fol. caryophillat.* ʒvi. *beton. ver*
*majoran.* ā ℥ß.
*Flor. roſmar.* ʒij. *Sem. fœnic.* ℥ß.
*Gran. Juniper.* ℥j.

Incidantur atque in doliolo colloce
inter ſcobes *ligni Juniperini*, affunde
ni albi generoſi Menſuras X. vel XIII.
vetur ad uſum.

*Philippus Müllerus lib. V. Mi*
*lor. Medic.* ſequens extollit Electua
& hujus uſu cœcum quendam 9 a
rum viſum recuperaſſe teſtatur, &
*octan.* meminit Papam Innocen
II. Abbati cuidam viſu ferè orbat
ximo cum ſucceſſu idem miſiſſe &
buiſſe Electuarium *cap. 7. pag. 7*
Artzenei Buch.

℞ *Sem. fœnic.* ℔iß. *Siler. montan.*
*Euphrag.* ℔ß. *chamadryos*, ℥j.
*Rad. chelidon.* ℥ß. *Sem. aniſ. ap*
*troſel.* ā ℥iß.
*Puleg. Hyſſop. Flor. borrag.*
*Gran. Juniper. Herb. ſaxifrag.* ā

Pulveriſata omnia excipiantur me
ſpumato, utatur manè & ſerò.

*Grülingius lib. 1. med. Pract.*
*cap. 3.* Pulverem deſcribit oculos

onfortantem *granis juniperinis* quoque ornatum.

Cum autem Viſus Debillitas ſeni-us plerumque & frequenter accidere leat, aquam aciem oculorum acuen-m cœcitatemque in ſenibus prohi-entem commendat *Quercetanus cap. 7. Pharmacop. dogmat. reſtit.* cujus hæc eſt eſcriptio: *Senum Viſus Debilitas.*

*Rad. valerian. enul. camp. fœn.* āā ℥j.
*Herb. chelid. euphrag.* āā Mij. *beton. puleg.* āā Mj.
*Sem. fœnic. ſiler. mont.* āā ʒvi. *Bacc. Juniper.* ℥ß.
*Flor. caprifol. roſar. alb.* āā pij.
*Stœchad. ſalv. anthos, ſambuc. Calend. ſchœnanth.* āā pj.
*Zinzib. piper. long. cubebar. cardamom.* āā ʒiß.

ulveriſand. pulveriſentur & contun-enda contundantur & infuſa in hydro-elit. malvat. vel vini Canarienſ. ℔iij. po-antur ad ignem lentum vel ☉em per vel 6. dies, deinde prœlo fortiter o-mia exprimantur, expreſſioni adde *quar. pecul. roſar. euphrag.* āā ℔ij. *fœnic. chelidon.* ℔iß.
iſce, Doſ. ℥ß. ad j. bis terve in ſepti-ana jejunô ventriculô. Poteſt quo-ue de eâdem aquâ una alterave guttu-in oculos ſingulo manè inſtillari.

Ad

*Ad perſpicilla in ſenibus præcavenda* ... quentem aquam exhibet *Bartiſchig* ... 3. *ὀφθαλμοδουλείας cap. 3.*

℞ *Pic. deplumat. num. 1.*
*Herb. marrub. alb. fol. rut.* ā ā M...
*beton. euphrag.* ā ā Miij.
*Rad. bardan. Gran. juniper.* ā ā M...

Omnia hæc viridia & recentia con... dantur & in Bal. Mar. deſtillentur i... quam, quâ ſingulis diebus tempore... ſpertino oculi illinantur & ſponte e... cari permittatur.

*Dilatatio pupillarum.*

Viſum quoque debiliorem re... *Dilatatio pupillarum* in oculis, ad q... corrigendam præmiſſis præmitte... ſequens componit *Decoctum Senn*... *lib. 1. Med. Pract. part. 3. ſect. 2. cap.* ...

℞ *Gum. Arab. ſandarac. Ar. tragac*...
*Tutia* ā ā ℥ij. *Bol. Armen.* ℥ß.
*Sem. lin. cydoneor. croci.* ā ā ℥j.
*Succ. granator.* ℥iß ▽. *roſar.* ℔...

Macerentur omnia in loco calido... noctem poſtea ebulliant horâ dimid... Colentur.

*Nervi optici vitia.*

Quod ſi à *vitiis nervi optici* viſio mi... tur vel aboleri videatur, ſequens jā... datus *Sennertus cap. 27. lib. 1. citat.* prop...

℞ *Lign. guajac.* ℔j.
*Rad. ſarſaparill.* ℥iij. *dictamn. a*...

Coqu in ℔xii. Aquæ ad tertiæ p... conſumtionem, quâ de manè & ve...

...ı. exhibeantur. Reliquiis adde:
*Herb. Euphrag. Mij.*
*Gran. Juniper. cinamom. ſem fœnic.* ãã ℥j.
...funde Aquæ ℔xII. Coque iterùm ad
...tiæ partis conſumtionem, quæ exhibe-
...poteſt ut antea.

Læditur quoque & imminuitur Viſus *Strabiſmo*, ad quem tollendum ſequen- *Strabiſmus.*
Species pro capitis lotione laudat
...rtitſchius *part. 2. ὀφθαλμοδελείας c. 4.*

*Herb. abrotan. hyſſop.*
*Flor. hyperic. lavend. cheir. bacc. laur.* ãã Mß.
*Gran. juniper.* ℥iß *Rad. aſar. Nuc. moſch.* ãã ℥ß.

...qu. cum ℔iij. Vini Rhenani & ℔iij. △æ
...tan. pro lotione capitis.

Singularis quoque Viſus læſio con-
...git in νυκταλωπίᾳ, quâ affecti poſt So- *Νυκταλωπία.*
...occaſum parùm, vel nihil planè vide-
...poſſunt. Hæc ſi tollenda, ſequentibus
...ri poſſe ſæpe citatus *Bartitſchius part. 3.*
...θαλμοδελείας *cap. 6.* aſſerit.

*Herb. taxi* ℥iß. *majoran. bacc. junip.* ãã ℥j.
*Piper. long. caſtor. mann. opt.* ãã ℥ß.

...ncıſ. & contuſ. affunde Vini & aquæ
...tan. ãã qſ. Coq. parùm & de Colatu-
...manè & veſperi cochlearia duo aſſu-
...ntur.

Externè ℞ *Amyli* ℥iij *ſandarac. Ar.* ℥ij.
*Croci* ℥ij.

Pulve-

Pulveriſata miſce & illis affunde ▽m
diviæ, parietar. nympheæ ãã qſ.
Cataplaſma noctu oculis impon
dum.

## II. SUFFUSIO.

*Suffuſio.* MIſer homo eſt cui viſio abolita, c
tingit illa in ſuffuſione, à quâ
men ægri liberari quandoque poſſun

*Exter-num.* Sic *Aquam Juniperi* oculis inſt
tam ſuffuſionem arcere aſſerit *Tabe
montanus lib. 3. Herbar. Cap. X.*

*Interna.* Ad ſuffuſionem per conſer
internè commendat *Spiritum Jun
Sebizius part. 2. Spec. med. Pract. ſe
cap. 38.*

*Platerus lib. 1. Obſervat. p. 105.* aq
hanc efficacem deprædicat ejusqu
res ad cerebrum, nervos, oculosq
aſſumatur, pertingere teſtatur:

℞ *Herb. fœnic. rut. euphrag. v
chelidon.* ãã Mj.
*Summit. roſmarin. ſalv. fl. roſar.*
*Bacc. Juniper.* ʒVI. *laur.* ℥ß.
*Caryophyll. piper.* ãã ʒj. *cinamom*
*Lign. Aloës* ʒß. *Sem: fœnic.* ʒij.
*mont.* ʒj. *Sem. rut.* ʒß.

Infund. in vino generoſo & deſtille

Vinum laxans ophthalmicu
*Plempii* multis hoc malô laboran
ſalutare fuiſſe teſtantur *Grülingiu
Med. Pract. part. 2. cap. 7.* ℞

*Summitat. euphrag.* Mj.
*Fol. beton. majoran. caryophil.* āā Mß.
*Flor. lavend. anthos* āā pj. *lin. SS.* ℥j.
*Agaric. trochiſcat. hermodactyl.* āā ʒiij.
*Sem. fœn. gran. Juniper. cinam.* āā ʒij.
*Caryophillor.* ʒj. *Scacchar. albiſs.* ℥ij.
iſc. pro nodulo.

Electuarium ad viſum recuperan- im mirabile ex *MSS. B. D. D. Michaelis* alio ipſi communicatum refert & im- utat *B. D. D. Hofmannus p. 53. Theſaur. armacevt. cui baccæ juniperi ad* ℥ß. quo- e additæ conſpiciuntur.

Ad guttam ſerenam à putridis & avis humoribus ortam ſequens com- nit Electuarium *Bartuſchius part. VI.* ὀφθαλμοδουλείας *cap. V.*

*Pulv. ligu. quajac.* ℥IV. *Rad. chin.* ℥ij.
*galang. caryoph.* āā ℥j. *Zedoar.* ʒVI.
*Syrup. ſquillit.* ʒVI. ♈ *juniper.* ʒij.
*Mellis deſpumat.* ℔iß. Miſc.

Electuarium. Doſ. manè & veſperi ualitate nucis corylinæ.

Singulare quoque Decoctum in ædicto affectu idem commendat *Au- r cap. 6. lib. 2. cit.* ℥ijß. *bacc. juniper.* altatum & *citatô locô* videndum.

## III. OCULORUM EPIPHORA.

Piphoræ Vox ambigua eſt, ſignificat enim quamvis humorum in partem aliquam *Epiphora, ejus ſignificatio.*

aliquam irruptionem, quo ſenſu ven-
& uteri epiphoras dixit *Plinius*. Comm-
niter autem denotat humoris aquoſi
ſeroſi in oculos influxum, qui nonn-
quam cum dolore, ardore, rubore
morſu, nonnunquam absque ejusm-
ſymptomatibus ægros moleſtat aſſi-
lachrymarum deſtillatione, ut lu-
quandoque ferre interdum verò m-
mè illam tolerare poſſunt.

Calida eſt Epiphora vel Frig-
In calida recenſita ſymptomata ad-
& pejor eſt frigidâ, quippe quæ ta-
moleſtiis non eſt ſtipata.

Ad hunc affectum, ut & ad v-
oculorum vitia paratur ex fungo J-
perino aqua ophthalmica, quam *Co-*
*Kunrath tractat. XX. medull. deſtillato-*
parari docet:

℞ *Fungor. Juniperi q. v.*

In vitrio calori ☉is exponantur,
fungi abeunt in aquam, quam ſi aliqu-
diu acervo formicarum ſepelieris,
lucida magis fit & clara.

*Internè.* In omnibus humorum ad oc-
defluxionibus & doloribus hanc p-
nem extollit ſæpe *citatus Bartiſ-*
*part. 12. ὀφθαλμοδουλείας cap. 1.*

℞ *Herb. cent. maj.* ℥iß. *abrot. arth-*
*alb. majoran.* ãã ℥j.
*Bacc. juniper.* ℥iß. *macer.* ſ-
*cand.* ãã ℥j.

oncıſ.& contuſ.coqu.in ſ. q. ▽æ vel Vi-, de Colaturâ capiantur manè & ve-eri cochlearia VI.

In frigidâ oculorum Epiphorâ tale æſcribit Ceratum *Riverius lib. 2. Med. act. cap. XVII.*

*Thur. maſtich.* ãã ℥j.
*Gumm. anim. tacamabac. lap. hæmatit.* ãã ℈ij.
*Gumm. Juniper.* ℈j. *Ceræ q. ſ.*
iſc. F. Ceratum.

Sequens aqua tàm in hoc affectu, àm in ophthalmia aliisque cum rubo-, dolore conjunctis oculorum vitiis mmendari meretur:

*Herb. junior. fœnic. euphrag. chelidon.* ãã M IV.
*Flor. roſar. ſambuc.* ãã Mj.
*Sem. rut.* ℥ij
ncıſ. infund. in ſ. q. ▽æ è *muſco Juniperino* paratæ, digerantur per aliquot s, & poſtea deſtillentur in Bal. Mar.

Hæc aqua mira præſtitit in per-a Illuſtriſſimâ, cùm enim illa elapſo no malam dextram globulis minimis, lgò Vogelſchroot / vulneraſſet ocu-que hiſce, leviter licet, læſus eſſet, to- oculus tumorem concipiebat & in-nti rubore & dolore Illuſtriſſimam nc perſonam moleſtabat, cum ſummo que & feliciſſimo ſucceſſu oculum *Obſervatio.*

 ab

ab omnibus ſymtomatibus liberavim
crebrò in illum inſtillando ſequens C
lyrium:

℞ *Sief alb. c. opio ʒj. Tut. præp. ʒß.*
*Perlar. præp. ℈j. camphor. gr. ij.*

Tenuiſſimè pulveriſata miſceantur c
*aqua ophthalmica* jam præſcripta q. ſ.
Sonderlich Augenwaſſer.

## CAPUT X.

## VIRES JUNIPERI IN AU UM AFFECTIBUS EXPLANAT.

### I. AURIUM TINNITUS

*Aurium Tinnitus.* TEla præviſa cùm minus nocere
ant, ideò prænunciatum ev tare
culum ſapientis eſt. Nuncius malii
ſecuturi, ſurditatis videlicet, nor
certus eſt Tinnitus aurium, qui cu
ipſe auditum lædat & plerumque
bus & vaporibus ortum ſuum de
adque graviora mala feneſtram pa
ciat, maturè carminativis tollendu
medicamentis, quibus & *Juniperus*
immeritò aſſociatur.

*Platerus lib. 1. Obſervat.* hâc co
ctione ſiccâ ad Vapores, ne capu
tant, impediendos utendum ſvadet
*12*. quem ita componit.

℞ *Sem. coriandr. fœnic. aniſ. carv.*
*ſemiobductor.* ãã ʒß.

*Pulv. diacydon. ſine ſpeciebus* ℥j
*Sem. cymin.* ℥ß. *Gran. Juniper. inciſ.* ℥ij.
*Sacchari parum.* Miſce.

*Sennertus lib. I. med. Pract. ſect. 3. cap. VI.* vaporationem ex ſequente Decocto anè & veſperi præſcribit:

*Fol. calam. major. cent. min. roſmarin.* ãã Mj. *laur. abſinth.* ãã Mß.
*Bacc. juniper. elect. num. XV. lupinor. num. XII.*
*Lumbricor. vino lotor. & in ſyndone ligatorum* pß.

oqu. in ſ.q. Δæ & duplo vini albi ad nſummationem tertiæ partis. Colatura rvetur pro Evaporatione; Quâ dum er utitur fabas aut piſa aliquot in ore tineat & maſticet, ut patente ita meauditorio fumus magis penetret. Poſt aporationem ſacculus calefactus auus imponatur, qualis eſt ſequens:

*Fol. major. ſalv* ãã Mß. *rut.* Mj. *abſinth.*
*Summit. aneth.* ãã pij. *bacc. laur.* ℥j.
*Gran. Junip.* ℥iß. *Flor. chamæmel.* pij.
*Sem. cymin.* ℥j. *carvi* ℥ß.

ncifa indantur ſacculis duobus ex teinteâ paratis, qui alternatim calidi ibus imponantur.

*Tilemannus pag. 127. de materiâ me-* ã ſequens proponit:

*Bacc. laur. juniper. Sem. cumin. carv.* ãã ℥ij.

Conquaſſa miſce cum maſſa panis,
locentur ſimul in furnum piſtoreum,
vidatur deinde per medium & hu
ctetur cum Spir. Vin. (melius fort
erit Spir. Juniperi) cochl. 4. vel 5. &
plicetur adhuc calida auribus.

## II. SURDITAS.

*Surditas.* QUemadmodum dulcis ſonus
mum mirificè exhilarat, ita m
ſtia non levis eſt, tantâ dulcedine p
ri, ſicuti de hoc unicè conqueru
Surditate affecti, ad quam tollen
præmiſſis Evacuationibus capitis
mendat *Riverius lib. 3. Med. Pract. c.*
ſi panis fomenti loco, cum ſemine
anteà ſubactus, calens è furno per m
um diſſectus auri admoveatur, vel ſ
tâ cruſtâ inferiori Spiritui Vini imm
calidè, quantum æger ferre poterit,
applicetur. Efficaciorem tamen eſ
cit, ſi panis antequam coquatur cu
mine carvi, *baccis juniperinis* ac
moſchatâ ſubactus fuerit & mod
dicto applicetur auri. Succum hu
ſtillandum præcipit *idem Autor loc.*

℞ *Radic. cyper. ſem. aniſ. cumin. juniper.* āā ℥j.

Miſc. F. Pulvis, quo impleatur cæp
gnum & excavatum, quod poſtea

prunas coquatur ſuccusque in aurem inſtillandus exprimatur.

Ad auditum quovis modo læſum ſequens adhibet *Conrad Kunrath. tractat. p. medull. deſtill.*

℞ *Gran. Junip. Herb. ſabin.* āā *qv.*
Contund. groſſo modo, Coqu. in Vino & fumus excipiatur per trajectorium.

Sic & Spiritum tàm Otalgicum quàm Acoviſticum *baccis juniperi* exornavit Mynſichtus, ut *ſect. 18. Armament. Chym.* videri licet.

*Platerus lib. 1. Obſervat. p. 115.* Auribus cuidam ægroto noctu ſequentem aquam indidit poſteaque iterum effluere ſivit, addendo ſemper guttam 1. fellis Carbonum:

*▽æ fœnic. ſemin. carvi poſt abſtractionem olei remanent.* āā ℥j.
*Spir. Juniperi* ℥ß. Miſce.

Suffitum quoque auribus per infundibulum ſuſcipere ſvaſit ex Decocto origani, rutæ, majoranæ, ſpic. Celticæ, baccar. lauri, *Juniperi*, ſemin. fœnicul. carvi, cumini in vino decocto.

*Sebizius part. 2. Specul. Med. Pract. lib. 6. cap. 9.* Sacculos auribus applicandos parat ex ⊖e torrefacto, milio, baccis lauri & *Juniperi*, ſemine carvi, cumini, aniſi, fœniculi, foliis roſmarini, ſalviæ & majoranæ &c.

Externè quoq; lixivium ad difficu-
tatem auditus ex *cineribus Juniperi* a
ditis aliis cephalicis & calefacientiib
applicavit *Timæus à Güldenklee lib. 1.*
*Med. pag. 65.*

## III. AURIUM DOLOR, U-CUS ET EXCREMENTA E AURIBUS EGREDIENTIA.

CUm aurium dolor plerumque vel
inflammatione vel ulcere, & exc
menta egredientia ab iisdem ferè ca
proveniant, meritò & hos affectus
hoc complectimur capite,& quid in h
caſibus *Juniperus* valeat, exploramus

*Sennertus* in ulcere aurium fum
per infundibulum ad aures deriva
hoc pulvere ortum *lib. 1. med. Pract.*
*3. ſect. 3. cap. 3.*

℞ *Gum. Juniper.* ʒß. *thur. myrrh.*
*Sarcocoll. ladani* āā ℈j.

Miſc. F. Pulvis. Vel cum ſ. q. Therec
thinæ F. Paſtilli.

*Obſervatio.* Hieme præterlapſo Paſtorem
rum 53. annorum, curavimus, qu
atrociſſimo dolore auris ſiniſtræ, ſtre
tumore capitis in latere affecto & er
ſione humoris excrementii ſaniei ſi
ex aure ſæpiùs recurrente conquer
tur, accedebat oris Tortura ad

dex

extrum, os adeò diſtorquens, ita ut ſer-
o impediretur & officio concionatorio
ngi non poſſet.

Ordinavimus illi tale vinum me-
catum:

*Herb. beton. majoran, roſmarin. ſer. pill.* āā Mj.
*Flor. lil. convall. lavend.* āā Mß.
*Rad. Helleb. nigr.* ℥ß. *rhabarb.* ʒij.
*Fol. ſenn. ſſ.* ℥j. *bacc. juniper.* ℥ij.

ncif. & contuſ. D. ad chartam. S. Spe-
es ʒu 3. Maaß Kräuter-Wein.

Cucurbitulas cum ſcarificatione
pulis & cervici affigi curavimus, pi-
asque in dolore capitis deſcriptas, ut
pulverem quendam Cephalicum ad-
dimus.

Externè auri affectæ indendum
uens præſcripſimus:

🝆 *coct. roſar. nymph.* āā ʒß.
*deſt. junip.* ℈ß. *anthoni, lavend.* gtt. vi.
*ſuccin.* gtt. iij.

ſc. D. S. Oel/ 2. biſſen Tröpflein davon
t Baumwolle ins Ohr zuthun.

Ad oris Torturam corrigendam ex-
nè adhibuimus *oleum*, cujus deſcri-
io ex capite ſequenti petenda.

Quibus adhibitis perfectè con-
luit.

## CAPUT XI.

## VIRES JUNIPERI IN ORI LINGVÆ ET DENTIUM MORBIS DEPRÆDICAT.

### I. ORIS TORTURA E[T] FOETOR.

DE Herbâ Sardoâ Ranunculi ſpe[cie] referunt Botanici, illam hâc venen[a]tâ qualitate, præſertim ea quæ In[ſulâ] Sardiniâ naſcitur, eſſe præditam, ut [ve]ſcentium ora ejusmodi rictu diducat[ur] ridentibus ſimiles appareant & ſic i[n]

*Riſus Sardonius unde dictus.*

rimantur, unde proverbium natum [de] Riſu Sardonio, quô riſus involunta[rius] ſeu incongruus denotatur.

Sic & oris tortura, alio nom[ine] oris diſtorſio dicta Riſus Sardonius [no]minatur, quoniam hâc affectorum [oris] figura ridentium figuræ ſimilis appa[rere]

*Spaſmus Cynicus unde ſit dictus.*

ſolet. Appellatur quoque Spaſmus [Cy]nicus, ob figuram diſtorſionis, qua[e ric]ctum canum iratorum repræſentat.

Et in hoc affectu operâ ſuâ pr[odeſt] eſt *Juniperus.*

Sequentem Tincturam in oris [tor]turâ maximè extollit *Timæus à* Güldē[n] *lib.* 1. *Caſ. Med. pag.* 72.

℞ *Spir. bacc. Junip.* ℥iij. *Aſæ dulc. puri*[ſſ.]

olve lento igne carbonū, Colaturæ adde *Aqu. Apoplect. Heroica* ℥j. Miſce.

Externè talem lotionem idem præſcripſit Autor *loc. cit.*

℞ *Flor. ſtœch. Ar. ſalv. lavend.* ā ā Mj.
*Fol. laur. rut. beton. roſmar. major.* ā ā Miß.
Coqu. ex lixivio è *cineribus Juniperi* parato, & inter lavandum caput fricetur agarico crudo.

In oris tortura efficax experti ſunt us Oleum ſequens:

℞ *umbeic. terreſtr.* ℥ß.
*philoſophor. juniper.* ā ā ℥ß.
*rut. lavend. ſuccin.* ā ā ℈j. *C. C.* ℈ß.
Miſc. D. S. Euſerlich Oel.

Hoc inungantur juncturæ maxillarum & nucha ter in die:

*Oris fœtor* malum eſt turpe & intolerabile, emittitur verò ex ore notante Sennerto *lib. 2. Inſtitut. Med. part. 3. ſect. 2.* cap. 7. fœtor pluribus de cauſis, vel enim in ventriculo cruditates multæ coacerventur, quæ corrumpuntur & putridas & fœtentes exhalationes per palatum emittunt, vel ex putredine in pulmonibus vapores fœtidi exhalant, vel in dentibus, gingivis aut palato talis hæret materia, aëremq́;, qui exſpiratur, fœtore inficit. *Oris fœtor.*

In quocunque oris fœtore aquam frequentem deſcribit *Bartitſchius part. 14.* ὀφθαλμοδουλείας *c. 3.* ℞ *Herb.*

℞ *Herb. majoran. baſilic.* āā ℥iß. ℥iij
*roſmarin. origan. calamint.*
*agrimon.* āā ℥iß.
*Rad. Ireos, fl. cyper.* āā ℥iß. *&*
*acori* ℥iß.
*Bacc. Juniper* ℥ijß. ℥ij.

Pulveri ſatis omnibus affund. Vin. FR
nan. qſ. deſtill. per Veſicam pro oris
tutinâ & veſpertinâ collutione.

*Oris fœtor ex Ventriculo.* Si *oris fœtor* ex ventriculi vitio
atur *Savanorola Tractat. VI. pract.*
*cap. 6.* uſum paſſularum cum graniis
niperinis commendat, & paſſulas
cleatas, *grana juniperi* & pineas com
in modum nucis, ſicque manè &
ad commedendum præbet.

*Oris fœtor à dentibus.* Cum etiam dentium ſordities fœ
rem ori conciliare ſoleat, ideò Pulve
dentifricium *D. M. Kesku* comme
mus, quem *deſcribit Grylingius lib. 1.*
*Pract. part. 4. cap. XI.*

℞ *Lapid. pumic. ſubtil. pulveri*
*Pulv. Ireos* ℥iij.
*Gal. moſch. ver.* ℥j.
*☍ roſar. roſmarin. ſalv. cinam*
āā gtt. VI.
*Silic. fluviat. alb. calcinat. & pulv.*
*Panis ſiligin. furfur. toſt. pulver*
*cribrat.* ℥ij.
*Ciner. roſmarin. ſalv. Juniper. t*
āā ℥iß.

*Ma*

*Maſtich. oliban. ſang. drac.* ãã ℥j.
*Myrrh. alum. roſch.* ãã ℥ß.
iſc. D. S. Zahn-Pulver.

*Sennertus lib. 3. med. Pract. part. V.* t. 2. cap. 7. ad oris fœtorem ſcorbuticum commendat putredinem ſiſtentia & litus putridos corrigentia, ad quæ *bac-* *juniperi* tàm intra corp9 ſumtas quàm e maſticatas ſolenniter refert. *Sebizius* rt. 2. *Spec. med. Pract. ſect. 4. cap. 25.* ritum *Juniperi* in oris fœtore maximoré extollit. Efficacior erit ſequens npoſitus : *Oris fœtor Scorbuticus.*

*Herb. roſmar. baſil. geran. moſch.* ãã Mj.
*Flor. lavend. prim. ver.* ãã Mß.
*Rad. Ir. Flor. acor. caryophillat.* ãã ℥ß.
*Cort. citr. aurant.* ãã ʒiij. *bacc. juniper.* ℥j.
*Cinamom. caryophyll. cubeb. cardam.* ãã ʒij.

ncif. contuſ. infund. in ſ. q. *Spiritus Juperi*, digerantur calore leni per aliquot s, poſtea deſtillentur per Veſicam, ſine deſtillatione ſervetur ad uſum. ſ. cochl. 1. manè & veſperi. Poteſt am pro ditioribus ambræ aut moſchi li pro lubitu q. v.

## LINGVÆ PARALYSIS ET OBMUTESCENTIA.

Uamvis ſub titulo de Paralyſi & Apoplexia recenſita medicamenta & huc *Obmuteſcentia.*

huc facere notum ſit, lubet tamen q
dam addere ſpecifica, *juniperinis meca*
*mentis* nobilitata.

Præter illud quod ex *Philipp. Mü*
*MiraculisChimicis* ſub tit. Apoplexiæ :a
gavimus commendamus Pulverem
quentem, quo ſolo non vice ſimplic
quelam ægris reſtituimus feliciſſimo
applauſu:

℞ *Gran. pœon.* ʒj. *Cubeb. nuc. m*
ãã ℈ij.
*Sacchar.* ℥j. ☍ *aniſ. juniper.* ãã
*ſuccin. caryophill.* ãã

Miſc. F. Pulvis. Doſ. cultelli cuſpid
hibeatur cum Spir. Ceraſor. nigr.
quamdiu in ore detineatur, & poſtea
glutiatur:

Sermo, præter lingvæ Paralyſi
lio etiam nonnunquam læditur m
quando videlicet vitium in nervis
recurrentibus, quibus læſis, notante
*tholino libell. 3. de nerv. Anatom. Refo*
*annexo cap. 2.* læditur animalis vox,
altero præſecto vel alio modo læſo
vocale reddatur animal, utroq; mu

Obſervavit hunc affectum in
lâ quâdam *Fabritius Hildanus*, qua
quentibus reſtitutum refert *Obſerva*
*Cent. 6.*

℞ *Flor. beton. ſalv. anthous prim*
*hyper. cent. min. roſar. ru*

*Summit. majoran. iv. arthet.* ãã Mj.
*Bacc. juniper.* ℥ij.
Conciſ. contuſ. D. ad ſacculum, quô in aqua coctô collum fomentetur. Poſtea
℞ ▽. *beton. prim. ver. ſalv. lavend.* ãã ℥ß.
*Spir. Juniper. ſine vino fact.* ℥j.
*Theriac. opt.* ℨij. Miſce.
Quibus collum ſæpius inungatur.

## III. DENTIUM DOLOR.

Evidenſia quidem ſunt oſſicula dentes, hoc tamen præ reliquis oſſibus ſingulare habent, ut illis ſenſus attribuatur, teſtante *Bartholin. lib. 4. Anat. reform. cap. 1.* quoniam illorum cavitas tenuiſſimâ ſuccingitur membranulâ, exquiſitè ſentiente, quæ ſi humorem à cerebro delabentem imbibat dolor maximus fit dentium. In hâc incipiunt eroſiones, putredines carieſque dolorificæ, & aliquando in hâc vermiculi generantur admodùm hominem excruciantes, notante eodem *Bartholin. cap. 12. lib. 2. cit.* *Dentium dolor.*

Certè dolorem dentium maximis annumerari poſſe tormentis non imperitè ſcripſit *Cornelius Celſus*, cum & *Galenus* 2. *de compoſ. med. ſecund. loc. cap. 1.* referat quosdam in ὀδονταλγία præ doloris atrocitate ex impatientiâ manus ſibi violentas intuliſſe.

Ad dolorem hunc profligandum à *Fabrizio part. 2. Spec. Med. Pract. ſect. 4. c. 15.* & *Ma-*

& *Macaſio lib. 2. promptuar. mater. m cap. 30. de Junipero* commendantur va ut *Decoctum ligni Juniperini, baccarr Juniperi, gummi Juniperinum ejusque e um, ut & oleum ex baccis Juniperinis* quibus *Sandaracam Arab. ſeu gummi niperinum* præ aliis omnibus valer ſtatur *Savanarola tract VI. Pract. maj.* 7. ubi & ſequens deprædicat:

℞ *Sandarac. Ar.* ʒij. *camphor.* ʒß.
Bulliant in aceto & Fiat oris Collutii

Sedat enim, inquit Autor cita dolorem vehementer, conſtringit g vas & rheumatizationem prohibet.

*Benedictus Victorius Faventinus* 7. *Empiric. idem gummi* cum aceto tiſſimo coctum maximè ad dentium lorem deprædicat, cum quo conſ *Schönbornius*, quippe qui *pag. 50. M. Med. Pract.* itidem *gummatis hujus* cum Vini Rhenati ℥viij. coctum c mendat ad dentium dolorem à c frigida, ſicuti & *oleum ligni juniperi* r mè ibidem conducere aſſerit.

Decoctum ſequens in dolore tium exhibet *Sennertus lib. 2. med. P cap. XI.*

℞ *Rad. pyrethr.* ʒij. *ſarſaparill.* ʒiij
*Raſur. lign. guaiac.* ℥ß. *pini.* ʒij.
*Flor. roſ. rubr. Herb. ſerpill. orig.*
*Gran. Juniper* ℥ß. *ſem. carv.* ʒiij

cif. & contuſ. Coqu. in ▽ & Vin. Rhe-
an. ℥xii. ad tertias, Coletur, in Colatu-
℥vi. diſſolv. camphor. ℈ v. Miſce.

*Platerus lib. 2. Obſervat. pag. 399.* hanc
is collutionem parat:

*Rad. biſtort. pyrethr.* āā ℥j. *Ireos* ℥ß.
*Herb. hyſſop. agrimon. ſalv. beton. majoran.* āā Mj.
*Flor. anthos* pj. *Sandar. Ar. pulv.* ʒvi.
*Piper. long. Zinzib.* āā ʒij.

lliant in aquâ addito aceto donec a-
a aceſcat.

Gargariſmum quoque ibidem ad-
ex ℥iß. ligni quajac. & *Sandarac. Ar.*
cum vino acidulo confectum & de-
ctum, malæque affectæ cataplaſma
uper imponit, *ut baccæ juniperinæ* quo-
e admiſcentur.

Liquoris odontalgici talem tradit
criptionem *Grülingius lib. 1. mea. Pract.*
*t. 4. cap. 7.*

*Lign. ſanct. ſaſſafras* āā ℥j. *Rhod. Juniper.* āā ʒiij.
*Rad. ſarſaparill.* ʒvi. *pyrethr.* ℥ß.
*Herb. ſalv. roſmarin.* āā Mj. *nicotian.* Mß.
*Sem. ſtaphidiſagr. hyoſciam.* āā ʒiij.
*Elect. requiei Nic. Philon. Rom.* āā ʒiij.
⊖. ♀i. *C.C. uſt.* āā ʒij. *opii Theb.* ℈iv.
*Croc.* ℈ij. *camph.* ʒj.

ſ. & contuſa omnia groſſo modo in-
fundan-

fundantur in Spir. Vin. (melius Spir. Ju-
niper.) rectificat. ſ.q. per horas 24. ℔
exprimantur, & uſui reſerventur.

Si Pulverem contra dentium do-
lorem quis expetat

℞ *Sandarac. Ar. maſtich. ſarcocoll.*
*pocſt.*
*Bol. Armen. acac. thur.* ãã ℨj.
*Tut. præp.* ℨiß. ⊕*li alb* ℈iijß.
*Cinamom. ſpec. diambr.* ãã ℨj. *ambr.*
Miſc. F. Pulv. ſubtiliſſimus. *Uffenb.*
*lib. 3. Antidotar. ſect. 1. cap. XV.*

Multiplici uſu & experientiâ con-
probatam hanc Miſturam odontalgicam
noſtram addimus:

℞ ▽*æ menth. lavend. c. vino in B.*
*deſtill. Spir. Juniper.* ãã ℥iß.
*Eſſent. benzoin. Junip.* ãã ℨj. *anodyn.*
*Elix. camphor. Hartmann.* ℈iv.
*Tinctur. roſar. viol. papav.*
ãã ℈ij.
Miſc. S. Miſtur wieder das Zahnweh.

Diu in ore detineatur ſupra den-
tem dolentem, ſic dolores brevi le...
ingentem humorum peccantium co...
titatem maximo cum levamine ec...

## IV. DENTIUM SORDITIES.

*Dentium Sordities.* IN dentium nitore totius ferè oris ve-
nuſtatem conſiſtere in propatulo e...
contra dentium ſorditiem homi...

m loquitur, ridet, canit, clamat aut citat maximè deformare non eſt quòd obemus, cum ſexus fœmininus illam ne pejus & angve fugere ſoleat. Sed riis ex accidentibus dentes reddun- r ſordidi.

I. Carie quandoque abſumun- r & corroduntur, ad quam tollendam ne latiùs ſerpat prohibendam tale pponit Linimentum *Sennertus lib. 2. ed. Pract. part. 1. cap. X.* *Caries Dentium.*

*Pulv. myrrh.* ℈ij. *gumm. Juniper.* ℈j. *alumin.* ℈ß.

*Mellis q. ſ.* F. Linimentum

ô dentes putres & eroſi quotidiè fri- ntur.

II. Sorditie quoque dentes iciuntur, ſi malè colorati ſint & nigre- ne vel aliô fœdô colore inquinen- r. *Dentes malè colorati,*

Citatus *Sennertus cap. 14. lib. cit.* os Pulveres proponit dentifricios ntra dentium nigredinem, uterque *mm. juniperino* eſt inſignitus.

*C. C. uſt. pumicis, corall. alb. rubr. tut. præp.*

*Maſtich. Sandarac. Ar. cinam.* āā ʒj.

*Rad. ireos.* ʒß.

*Moſch.* gr.iij. Miſc. F. Pulvis,

coſos dentes à ſordibus purgat, de- at & mundificat, gingivas conſtrin-

L git

git & dentium radices obfirmat. *Gryl*
*lib.1. Med. Pract. par. 4. cap. XI.*

*Dentium Sangvinolentia.* III. Singularem quoque die bus conciliat ſorditiem eorundem S GVINOLENTIA, quæ plerumque ab ſis, putridis aut exulceratis gingiviis tum ducit. Ad hanc tollendam

℞ *Origani, fruct. Juniper. balauſtior*
*Sumach. alumin. utriusque galla*
*Cort. granat. ſerpentariæ, mirobol*
*Ciner. vitis, ſpuma maris, ⊖is In*
*Piperis longi, baurach, coſti, chelid*
*Liquiritiæ, gumm. Arab. tragac*
*Spodii* ā̄ā *aureum unum, i. e.* ℨj.

Miſce, tere, confice & unge gingiv dentes. *Savanorola tract. VI. Pract. M cap. 8. Uffenbachius lib. 3. Antidotar. cap. XV. pag. 473.* hunc deſcribit P rem *Piſtorii* ad gingivas:

℞ *Nucist.* ℨj. *Sand. Ar. hypocyſt. m*
*Acaciæ* ā̄ā ℈j. *tut. præp.* ℨj. ⊕*-i alb*

Miſc. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

## V. DENTIUM MOBILIT

*Dentium Mobilitas.* NI Dentes firmi in loculamentis hæreant & Marpeſiæ cautis immoti in ſtatione maneant, tàm m cationi quàm locutioni ſunt im mento. Vacillant verò dentes & m les redduntur tàm à cauſis extern ictu, caſu vel aliâ cauſâ violentâ,

ternis, ut defectu alimenti in ſenibus, nimiâ humiditate radices eorum la- nte, vel ab acribus inprimis ſcorbuti- humoribus radices eorum, vel gin- vas erodentibus. Et hîc vires ſuas endit *Juniperus.*

Commendatur *à Savanorolâ Tract. Pract. Maj. cap.* 6. Pulvis ſequens:

*Spod.* ℥iß. *margarit. non perforat.*
*Sang. Dracon. bol. Armen.* āā ʒj.
*C. C. uſt. ſantal. rub. bac. juniper.*
*Chelidon.* āā ʒß. *camphor.* ℈j. Miſc.
Pulvis.

*Sennertus. lib. 2. Med. Pract. part. 1.* . *X.* ad dentes confirmandos hoc ex- bet Linimentum:

*Pulv. gumm. Junip.* ʒß. *alum. crud.* ʒj.
*Origan.* ʒß. *Mell.* ʒvi.
m aceto ſquillit. Miſc. & F. Linimen- m.

## Caput. XII.

## NIPERUM PECTORIS MORBIS OPPONIT.

## ASTHMA ET PERI-PNEVMONIA.

Ræclarè *Galenus lib. d. uſu. reſpiirat.* monet, minimè vulgarem uſum re- rationis eſſe, cùm eâ privati, ne mo- ntum quidem poſſimus vivere, cum o & *Sennertus lib. 2. Inſtit. Med. part. 3.* *Reſpiratio- nis uſus & neceſſitas.*

*ſect. 1. cap. V.* conſentit, *inquiens*: Si pulſus non ceſſat, quamdiu animal vit, ita nec Reſpiratio planè aboletur tamen illa auferri dicatur, id non accipiendum eſſe, quaſi penitùs abo tur, ſed tantùm quoad ſenſum, pro parvitatem, ob quam latet.

Quot incommoda ab ejus læſi proveniant de his non ſatis conq poſſunt illis qui ſunt obnoxii. In

*Diſpnœa.* mis *Dyſpnœa*, *Aſthma & Orthopnœa* ctus ſunt, qui læſæ reſpirationi conv unt. Diverſa quidem ſunt nomin ab unâ omnes eademque proven

*Aſthma.* causâ, nec aliter differunt, quàm ma tudine: *Dyſpnœâ* enim laborantes cultatem quidem aliquam reſpirat ſentiunt, poſſunt tamen reſpirare & cumbentes absque ſonitu. *Aſthm* verò majori afficiuntur difficultat ſpirandi & quidem cum anhelatio

*Ortho-pnœa.* ſonitu. *Orthopnœâ* autem affecti vexantur reſpirationis difficultate etiam metus urgeat ſuffocationis, & inde non aliter, quàm erectâ cervic ſpirare poſſunt. Inter alia heroi xilia Pectoralia & *Juniperus* cum bus ſuis numerari meretur, cum ii non raro admiſceri videamus.

*Internè.* Aquam ſingularem Aſthmat deſcribit *Schröderus lib. 2. Phar*

*ed. Chym. cap. 38. baccis Juniperinis* ex-
ratam, ſingularium virium in reſpira-
one facilitandâ.

*Spiritus Juniperinus* ſingularem
oſſidet laudem in Aſthmate, quam illi
oque attribuit *Libavius cap. 25. Alchi-
ia pag. 114.*

*Spiritus Juniperinus compoſitus Myn-
ht.* egregiam & ſingularem præſtat o-
ram in prædicto affectu, à cochleari 1.
ij. ſi exhibeatur. Deſcriptionem &
teriorem commendationem vide *Se-
one 18. Armamentar. Chym. Mynſ.
g. 280.*

Haud minorem utilitatem præſta-
t ſequens Spiritus Pectoralis, cujus
æſtantiam ſæpe felici cum ſucceſſu ex-
rti ſumus:

*Herb. pulmonar. marrub. veronic.* āā Miß.
*Flor. violar.* Mj. *ſem. aniſ. fœnic.* āā ℥ß.
*Rad. glycyrriz. ir. Flor. polypod. hellen.* āā ℥j.
*Squillæ recent.* ℥ij.
*Bacc. Juniper* ℥iß. *croc.* ʒiij.

oncif. contuſ. infund. in ſ. q. *Spir. Ju-
per.* optimi, digerantur per 3. dies, de-
de deſtillentur per Veſicam. S. Spiri-
s Pectoralis.

Elixir Pectorale Aſthmaticum *Rol-
cii* cum eodem *Spiritu Juniperi* vel Spir.

 Aniſi

Aniſi præparatur & præſentaneâ op[illegible]
aſthmaticos profligat inſultus, ſicut[illegible]
*4. Chim. ſect. 2. cap. 3.* videri poteſt.
& Elixir Vitæ Pectorale Ducum Saxo[illegible]
*baccæ juniperi ingrediuntur*, cujus de[illegible]
ptio extat *in Theſauro pharmaceutico*. [illegible]
*manni p. 60.* Multum quoque operæ [illegible]
fert Eſſentia Pectoralis ſequens:

℞ *Gumm. benzoës, myrrh. rubr.* ãã [illegible]
*Sperm. cet. croc. oriental.* ãã ℥ß.
*Extract. hellen. Juniper.* ãã ʒiij.
*Spir. Juniper optimè rectificati q.*[illegible]

Mixta omnia digerantur per aliquo[illegible]
es, tinctum quod eſt decantetur, n[illegible]
Spiritus affundatur, conjuncti liqu[illegible]
exhalent parum & ſerventur ad uſu[illegible]

*Externè.* Externè ad humorum in pe[illegible]
conſummationem ſuffimigia parar[illegible]
lent, quibus *gummi Juniperinum* [illegible]
miſcetur.

Sic *Platerus lib. 1. Obſervat pag*[illegible]
tale ordinavit:

℞ *Thur. maſtich. ſtyrac. calam.* l[illegible]
ãã ʒij.
*Gumm. Juniper. hederæ* ãã ʒj.
*Roſar. rubr. ſem. coriandr.* ãã ℈i[illegible]

Pulveriſ. & excipiantur infuſo gum[illegible]
Formentur Trochiſci pro fumo.

*Rolfincius tale lib. V. Conſultat. 8.* [illegible]
ſcribit, hâc tamen cum cautione[illegible]
ſuffimigia adhibeantur in ipsâ acce[illegible]

, propter ſuffocationis periculum li-
rique aëris interceptionem:

*Gumm. juniperin.* ℥ij. *tacamahac. ſuccin.* ãã ℥j.
*Thur. maſtich.* ãã ʒß. *ſtyrac. cal. benzoës* ãã ℈j.

D. S. Rauchpulver wieder die Flüſſe.

Hiſce ſuffimigiis nonnulli Auri- *Cantela.*
gmentum addere ſolent, à quo tamen
ſtinendum fideliſſimè monet *Senner.*
, cum ejus fumus, utpote pars volati-
ſummè venenoſus & noxius ſit, & er-
rem à voce *Sandaracâ* ortum autumat,
neglectum diſtinctionis inter *Sanda-
ram Græcorum & Arabum*, qua de a-
m eſt ſuprà.

*Benedictus Victorius Faventinus cap.*
. *Empiricæ* Pulverem hunc optimè va-
e dicit, futuræ coronali veſperi ſi in-
rgatur & manè iterùm auferatur:

*Flor. chamom. melilot. ſambuc.* ãã ʒß.
*roſar. rubr. granor. myrth.* ãã ʒj.
*Thur. maſtich. Sandarac. Ar. corall. rubr.* ãã ℈ij.
*Caryophillor.* ℈j.

lveriſentur omnia ſubtiliſſimè:

Similem quoque deſcribit Pulverem
*bricius Hildanus Centur. 6. Obſervat.* 21.
i *Sandaraca Arab.* quoque addita con-
icitur.

*Peripnev-monia.* PERIPNEVMONIA etiam in affectus læſæ reſpirationis recenſetur hâc correpti de difficultate reſpirati- nis, cui febris conjuncta eſt, tuſſi nu nunquam acri & ſangvineo ac pond in thorace conqueruntur.

*Rolfincius lib. 5. Conſultat. IV.* P gantia in hoc affectu commendat & uretica ſequentia:

℞ *Pulv. rhabarb.* ℈j. *ſcammon.* 🜔 *at.*
*Cryſtall.* ♀ ℥vi. *Sal juniper.* ℥iv.
*chor.* ℥ij.

Miſc. F. Pulvis D. S. Purgirpulver: einmahl.

℞ *Sal juniper. cort. ovor.* ãã ʒß. 5. Tr Saltz.

Sequens Potio in morbo hoc bellando plurimùm prodeſt:

℞ *Radic. glycyrrhiz. polypod. ir.* ãã ℥ß.
*Jujubar. num. XVI. ſebeſten. num.*

Coqu. in ſ. q. 🜄æ Veronicæ, Colat adde

*Rob Juniper.* ℥ß. *Syrup. violar.* *toſ.* ãã ℥j.
*Spir.* ⊖*li vel* 🜔*æ q. ſ. ad grat. ſapor*

Miſc. omnia D. S. Bruſttranck auf mahl.

## II. TUSSIS ET RAUCED

*Tuſſis.* DE tuſſis uſu & cauſâ accuratè *Ga lib. 2. de ſimpl. Med. facult. cap. 17.*

c

ſſerit: Natura hominibus ſternutandi m indidit, ut præſidio ipſius, quæ in ribus infeſta moleſtaque ſunt, propulrent, Tuſſiendi verò, ut quæ in gutture, ideò Tuſſis non temerè comparari ſſet cum lacu Pilati, qui ingeſta & mota cum ſtrepitu reſpuit. Solet tamen terdum nimiâ hominem afficere moſtiâ, ſi nimium quantum cumque dore & aliis accidentibus hominem afflit. Quod ſi fiat, tunc ad tuſſim *Sandaram Arab.* cum melle aſſumtam commendat *Tractat. VI, Pract. Maj. cap. X. Savarola.*

*Internè.* Ἐυπόριστον ſequens non erit ineffax, cum ſolum *Rob Juniperinum*, imò ferente *Tabernamontano lib. 3. Herbar. rt. 2. cap. X. baccæ Juniperi* cum vino tem coctæ, in infantibus præprimis, rtiſſimo experimento tuſſim ex cauſa igida ſedent & expectorationem promovere ſoleant.

*Rob Junip. Loch ſan. & expert.* āā ℥ij.
*Spec. diaireos* ʒij. *Tinctur.* ♁ii ʒj.

iſc. D.S. Ablöſender Safft wieder den uſten. Vel

*Extract. Junip. polypod. ſcabioſ.* āā ʒj.
*Succ. glychyrr.* ʒß. *gumm. ammon.* ʒij.
*Lact.* ♁ii. *flor. benz.* āā ℈j.

iſc. & cum Eſſentiâ Croci F. Pilulæ jue magnitudinis D.S. Süſſe Bruſt-Pilen.

*Raucedo.* RAUCEDO cum tuſſi ſæpè conju-gitur, ad quam tollendam hoc commē-nit Eclegma *Sennertus lib. 2. Med. Pra-part. 3. cap. 4.*

℞ *Gumm. Juniper. tragacanth.* ā ʒ
*Sacchar. penid.* ℥j. *ſucc. glycyrrhiz.*
*Thur.* ʒiß. *ſtyrac. calam.* ʒj. *croci* ℈

Cum melle F. Eclegma.

*Externè.* Externè citatus *Savanorola, loc. p. 21.* Factis, *inquit*, Purgationibus & non ſuſpectum eſt de multitudine ma-riæ, fiant audacter ſuffimigia, ut

℞ *Thur. ſandarac. Ar. ſtorac. calam.* ā *qv.*

Incorporentur & ex iis fiat ſuffimigiu quod aperto ore excipiatur.

## III. PLEURITIS ET LATER. DOLOR.

*Signatura quid valeant.* DEum & naturam nihil facere fru ſed in certum omnia finem prod eſſe jure meritoque aſſeritur, proindè figuræ externæ plantis aliisque veg bilibus non temerè, ſed potiùs ut fo & figuræ hæ externæ naturam intern que vires tanquam in ſpeculo mor bus ob oculos ponant, à Summo Cre re videntur inditæ, id quod etiam a ratiores Scientiæ naturalis Scrutat movit, ut ex Signaturis vegetabi externis de virtutibus internis con

nt, cum & ipſa experientia illos adju-
erit certioresque fecerit, in multis ex-
rnas figuras virium internarum eſſe
dices, & pleraque medicamenta par-
bus, quarum ſignaturam habent, in-
rvire, ſicut prolixè de hiſce Signaturis
unt *Quercetanus*, *Crollius*, *Sennertus*
*alii.*

*Juniperi* Signaturam ſi aſpiciamus aculeata & ſpinoſa illa eſt, aculeorum-que extremitates rubeæ & ſangvine quaſi tinctæ apparent, eaque propter *Juniperum* cum ſuis partibus & in lanci-nantibus pleuritidis doloribus ſingula-riter & ſpecificè prodeſſe, ſputumque, quod maculis ſangvineis plerumque permixtum egeritur, promovere & eva-cuare autumamus, inprimis cùm ſen-tentiam noſtram ab experientiâ hacte-nus ſtabilitam ſæpiſſimè videri licuerit: ſanctè enim teſtamur, in quam plurimis pleuriticis ſequentia medicamenta ma-gnoperè profuiſſe & omnes ferè qui il-lis uſi ſunt, tàm ſine V. S. quam illâ ad-miniſtratâ reſtitutos eſſe feliciſſimè. *Juniperi Signatura Pleuritica.*

Quamprimùm itaque fieri potuit pleuriticis Diaphoreticum præſcripſi-mus tale:

*Flor.* ✱*ci* ℈j. ⊖*is ſuccin. volat. C.C.*
*volat.* ãã ℈ß.
⊖*is card.bened.* ℥iij. *juniper. fix.* ℥xII.

Miſc.

Miſc. D. S. Schweißtreibend Saltz
3. mahl.

In liquidâ formâ deſiderantib
tale exhibuimus:

℞ ▽. card. bened. theriacal. bezoard. in
qua bacc. juniper. quoq; recip. ãã
Miſt. ſimpl. ʒj. ſpir. C. C. lign. junip. ãã
Rob. Junip. ſyr. card. ben. ãã ℥ß. M.

D. S. Schwitz-Miſtur auf 3. mahl.

Hiſce adhibitis morbus plerum
factus eſt mitior, & expectoratio felic
ſucceſſit, ad quam promovendam ult
ùs adhibuimus Eſſentiam Pectoralē
tit. Aſthmatis deſcriptam ut & ſeque

℞ ▽. ſcabioſ. card. mar. hyſſop. ãã ℥
Rob. Juniper. Oxymell. ſquillit. ãã
Syr. papav. errat. d. jujub. ãã ʒiij
Dent. apr. mandib. luc. piſc. ãã præp
[illegible]ii diaphor. ℈j. Eſſent. anodyn
Tinct. [illegible]is ℈ij.

Miſc. S. Reſolvir- und Ablöſender
quor auf etzlichemahl / allemahl zuvor
umzurühren.

*Externè.* Externè quoque Ungventis & I
mentis admiſcuimus *Oleum tàm l*
*quàm baccarum* Juniperi & feliciſſi
eventum experti ſumus : Sic

℞ °°° chamomill. roſ. aneth. ãã coct
lign. juniper. philoſ. ãã deſt. ℥
°°° camphor. ſuccin. ãã ℈ß.

Miſc. D. S. Euſerlich Oel.

Vel

℞ *Ungven. dialth. anodyn.* ãã ℥ß.
*℈ deſt. chamomill. bacc. junip.* ãã ʒß.
*thereb. cumin.* ãã ℈ß.
*Balſ.* ♁*is therebinthinat. junip.* ℈j.
iſc. S. Sälblein wieder das Seiten-
chen.

In lateris dolore à flatibus hunc *Lateris dolor à flatibus.*
tum commendat *Platerus lib. 2. Obſer-*
*at. p. 416.*

℞ *Rad. ireos. bryon.* ãã ℥j.
*Herb. calaminth. ſpic. Celt. puleg.*
*origan.* ãã Mj.
*Fl. chamomill. melilot. ſambuc.* ãã pj.
*Sem. carv.* ℥j. *bacc. laur. Junip.* ãã pß.
ecoqu. in vino & aqua ad uſum.

## CAPUT XIII.

## IRTUTES JUNIPERI IN CORDIS AFFECTIBUS EXPLORAT.

## VIRIUM IMBECILLITAS ſeu LANGVOR.

FIſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps, vetus & verum eſt dictum, non enim omnia à gravi rigore nt incipienda, ſed leni gravitate pautim ad ſeveritatem eſt deveniendum. em obſervatur in langvore ſeu virium nbecillitate, quibus affecti paulatim ebilitantur, ut incauti majora ſubſeuentia mala graviſſima vix accedere ſenti- *Langvor.*

ſentiant, ideò non ineptè cum infan
bus in limbo, certâ quadam claſſe P
gatorii, exiſtentibus, quibus nec m
nec benè eſſe dicitur, comparandi.

Verùm latet angvis viridi hâc
herbâ, Pygmæus quidem videtur a
ctus, giganteam autem & exitioſam
cum trahit pernitiem, ut Syncopen,
bres malignas, Apoplexiam alioſque
fectus graviſſimos, quos præceder
ſubſequi ſolet langvor. Ideoque f
ſed cui vide, melius eſt prævenire, qu
præveniri, Principiis hîc obſtandum
in primâ, quod ajunt, herbâ malum
eſt exſtirpandum: Langvor enim dic
te *Renato des Cartes part. 2. de Paſſion
artic. 119.* eſt diſpoſitio ad relaxation
& ceſſationem omnis motus qui ſent
in omnibus membris, & eum prove
putat ex eo, quod non ſat multi Spir
nervos ingrediantur, & quod glan
cerebro eos non determinet ad influ
dum potius in hos muſculos quàm
illos.

Inter generoſiora langvori reſiſ
tia medicamenta & confugere lice
*Juniperum*, quippe qui cum pa
bus ſuis robur Spiritibus Vitalibus &
fluentibus addit, obſtacula, quæ
partibus influere impediunt, remov
diſſipat, ſangvinis & humorum glut
ſita

tatem auctam incidit & attenuat, pri-
num partibus vitalibus robur conci-
t & inſtantia mala graviora avertit.

Sic *Acetum Juniperinum* tàm ſim- *Internè.*
lex, quàm alia compoſita *partibusque*
*uniperi* exaltata, langvorem, febres ma-
gnas ſæpiùs præcedere ſolitum, felici-
r avertiſſe & diſpoſitionem febrilem
mendaſſe, quin & nonnullos, in quibus
dicia jam accenſæ febris animadverti
cuit, ſi in principio ſtatim conſilium
petierint, ab ulteriori incurſu &
gmento liberos præſtitiſſe novimus.

Inprimis Aceta Bezoartica & The-
acalia plurimùm hic poſſunt. Sequens
adit *Timæus à* Güldenklee *lib. 8. Caſ. Med.*
*g. 393.*

*Confect. orvietan.* ℥ij. *diaſcord. Fra-*
*caſt.* ℥iß.
*Theriac. Androm.* ℥j.
*Rad. angel. contraſerv. enul. pimpi-*
*nell. tormentill.*
*ſcorzoner. diptamn. alb. petaſit.*
āā ʒvi.
*Fol. ſcord. rut. millefol.* āā Mj.
*Flor. calend. tunic.* āā Mß.
*Cort. fraxin. citr.* āā ℥ß.
*Bacc. Juniper.* ℥iiß. *Macer. zedoar.*
āā ʒiij.
*Camphor.* ℈ij. *croc.* ʒj. *myrr. elect.* ℥ß.
*Acet. ex ſucco rub. id. q. ſ.* Miſce

Stent

Stent in infuſione loco calido benè tec
donec extrahatur Tinctura, cujus Cio
tura ſervetur ad uſum.

Internè in Langvore univerſalii
quens proponit Apozema *Fr. de le Boëe*
*vius lib. 1. Prax. Med. cap. 34.*

℞ *Rad. valerian. acor.* ãã ʒij. *apii* ℥j
*Herb. beton. meliſs. marrub. (attu*
*ſcabioſ.*
*Summit. cent. min.* ãã Mß.
*Flor. roſmarin. chamæm. Rom. ſtœ*
*Ar.* ãã pj.
*Sem. fœnic. dulc. amom.* ãã ʒij.
*Bacc. Juniper.* ℥j. *laur.* ʒiß.

Coqu. igne lentô & vaſe clauſô in a
purâ ad Colaturæ ℥xl. addendo
*Syr. botryos. artemiſ. Fernel. ſtœch.* ãã
*Tinct. cinamom.* ʒiß. Miſce
Doſ. ℥ij. ſemel aut bis in die.

Sic & Aqua Theriacalis Bezoar
noſtra de meliori notâ hoc in caſu c
mendari meretur. Paratur ita:

℞ *Theriac. Andr. Mithridat. opt.* ãã
*Elect. d. ovo. diaſcord. Fracaſt.* ãã
*Extract. granor. Juniper.* ʒv.
*Spir. theriacal. camphorat.* ℥v.
*-+ti bezoard. D. Frommann. l. alit*
℥viij.

Mixta digerantur leni calore per ℘c
inde affundatur

▽ *acetoſ. roſar.* āā ℥vi.
*fragor. borrag.* āā ℥iv. *card. bened. angel.* āā ℥iij.
gerantur iterum per ℘ deinde de-
lentur, S. ut ſuprà.
ſ. ℥ß. ℥iij. ℥ij. pro ratione ætatis & cir-
mſtantiarum.

Externè etiam Aceta dicta pulſu- *Externè.*
h & temporum regionibus applicata
penetrationem officium faciunt, &
tante *Zwelfero pag. 444. animadverſ.*
iùs cordi robur addunt langvidum-
e corpus reficiunt, quàm pretioſiſſi-
a balſama.

Singularis elapsô annô de Languo- *Obſervatio.*
nobis ſe obtulit obſervatio ſequens in
ro Nobili Juris Doctore 36. annorum,
de improviſo pulſum planè circa car-
s & temporum regionem ſubſiſtere
tiebat, & circa præcordia cordis quo-
e motus ſatis erat debilis, univerſum
rpus quidem langvebat, nihil tamen
ommodi ulteriùs ſentiebat & ſatis
nè ſe valere putabat, majora tamen
la pertimeſcens, petiebat conſilium.

Vocati igitur ſtatim propter conſti-
ionem pituitoſam Vomitivum ex
is ⊕li ℥ß exhibuimus, quô aſſum-
& operatione quaternis vicibus pera-
, illicò pulſus naturalis appare-
. Ad ulteriorem tamen præſer-
ionem langvoriſque remotionem,

Diaphoreticum, & poſtea confortt ordinavimus medicamentum, cu utriusque baſis Aqua Theriacalis be ardica jam deſcripta erat, quibus ac bitis pleniſſimè iterùm DEI gratiâ c valuit.

## II. SYNCOPE ET LIPO- THYMIA.

NOn immeritò *Aretaus lib. 2. de cau ſign. morb. acut. cap. 3.* dixit; N lum penè affectum ſyncope eſſe m rem, celeriorem & ad facultatum vi foventium diſſolutionem potentior illamque hominis conſtitutioni p adverſam eſſe, eò quod hanc corrip non dimittat, ſed planè diſſolvat a diſſipet, cui etiam *Renatus d. Cartes p de Paſſionibus artic. 122. pag. 53.* adſti tur, inquiens: Lipothymia ſive a deliquium non multum diſtat à mo Morimur enim, dum ignis, qui in c eſt, planè extingvitur, ſed in Lipo miam incidimus, cum ita ſuffocatu adhuc aliquid reſidui caloris ma quod poſteà rurſus accendi poteſt.

Differentias tamen hic affectu bet quatuor, quæ tamen non niſi r ne graduum inter ſe differunt; I. ἔκλυσις. tur ἔκλυσις ſeu exſolutio, quæ leve a deliquium, ſeu principium & nu

aſi illius eſt. II. appellatur λειποθυμία ſeu λευποψυχία animi deliquium, λειποθυμία.
eſt ſyncope imperfecta, in quâ ægri
ſibus utuntur, & rationis, licet illud
primere nequeant, ſunt participes.
. Vocatur συνκοπὴ, quæ ſubitaneus συνκοπή.
virium prolapſus, quo correpti ſen-
motu, ratione, memoriâ, phantaſiâ &
mone privantur, pulſus illorum eſt
us & obſcurus, extrema frigent & ho-
mortuo magis ſimilis apparet, quàm
o. IV. audit ἀσφυξία ſeu pulſus pri- ἀσφυξία.
io, ubi recenſita ſymptomata non ſo-
omnia adſunt, ſed pulſus etiam pla-
non percipitur.

Hiſce omnibus præcedente articu-
narrata medicamenta obviam qui-
eunt, ſi tamen malum ex acido hu-
re ortum trahat, hydragogum ſe- *Interna.*
ns ad humorem hunc temperatum,
rigendum & educendum commen-
ingenioſiſſimus *Franciſc. de le Boë*
*us lib. 1. Prax. Med. cap. 34.*

*Gumm. ſagapen.* ✝to *ſolut. & iterùm inſpiſſat.* ℥ß.
*Reſin. jalapp.* ℈j. *Magiſt. gumm. gutt.* ℈ß.
*bacc. juniper.* ℥iij.

. F. Pilulæ num. XV. Inaurentur vel
vere glycyrrhizæ conſpergantur.
. num. V. plures aut pautiores, prout

difficilius vel facilius alvus ſolvi p
teſt.

*Syncope ex menſium retentione.* Ad ſyncopen ex menſium retentio
extra paroxyſmum exhibet diuret
*Rolfincius lib. 4. Conſultat. 2.* ut exp
gandis cum lotio per renes humorii
acidis, quos ſimùl egregiè temperan
infringunt, maximè idonea, &

℞ *Sal juniper, matricar. ſtipit. fabar*
gr. VI.
*Magiſt. oc. 69.* ℈ß. *ſuccin.* gr. j
F. Pulv.

Maximoperè quoque commendatur
Syncopen, palmum & animi deliquii
qua Theriacalis ſequens:

℞ *Rad. gentian. enul. camp. tormen*
*angelic. imperator.* āā ℥j.
*Cyper. ir. Flor.* āā ʒVI. *Zedoa*
*Cort. citr. aurantior.*
*Cinamom. caryophill. ſem. card.*
*Corymb. heder. granor. junip.* āā
*Dictamn. ſcord. meliſſ. calend.* āā

Macerentur per diem integrum ſup
neres calidos in vaſe oris non mu
patuli & ritè obturati cum Vin. alb.
Die ſequenti add. decoct. ulmar. b
& nenuphar. āā ℔ij. deinde bulliam
rùm lento igne, tunc fiat expreſſ
qua diſſolv. & infund. per noct. Th
℥IV. poſtea ponatur in alembic. v

I

deſtillatio in Bal. Mar. Aqua deſtillata
rvetur ad uſum. *Uffenbach. in Append.*
*ntidotar. p. 588.*

Aliam ibidem Autor citatus addit
quam Theriacalem *baccis Juniperinis*
loque exornatam.

Vel

*Magiſter. corall. rubr.* ℈j. *perlar.*
*Extract. aniſ. cinamom.* āā ʒß. *cort. citr.* ʒiß.
*Eſſent.* ☉*is* ʒj. *croc* ♂*is* ʒijß. *Rob. Juniper.* ʒiß.

Miſc. F. Mixtura, de qua bis in die caſtaæ magnitudine ſumi poteſt. *Gryling. l. 2. Med. Pract. part. 3. cap. 1.*

Externè ſequens commendat Tabernæmontanus *Herbar. part. 2. l. 3. cap. X.* *Externè.*

℞ *Bacc. juniper. q.v.*

Affunde ▽. ſalv. q. ſ. contunde & admiſce
rum croci & panis ad conſiſtentiam
mediocrem, & calidè pulſibus applica.

## III. CORDIS PALPITATIO.

PErpetuum mobile Cor eſt, uſusq; ejus
in perpetuâ quadam conſiſtit motio-
e. Hæc autem motio ſi nimis vehe-
mens fiat, affectus ille παλμὸς Græcis, *Cordis Palpitatio.*
Latinis *Palpitatio, Tremor & Saltus Cordis*
appellatur, in quibus tamen aliqua no-
tanda eſt differentia: παλμὸς enim ſeu

*Cordi Tremor non convenit.*

*palpitatio* propriè illis competit partib[us]
ſponte quæ dilatari & ſubſidere poſſu[nt]
*Tremor* verò de illis dicitur partib[us]
quæ molles ſunt & nullo modo ſpont[e]
dilatant, ſed à cauſis ſolùm morbifici[s]
altum attolluntur & elevantur. Et
*Tremor* Cordi propriè loquendo attri[bui]
nequit, quo de ulterius vid. *Sennert.*
*2. de Med. Pract. part. 4. cap. 4. & Seb*[...]
*part. 3. Spec. Med. Pract. ſect. 4. cap.* 3[...]

Præmiſſis præmittendis ſingula[rem]
aquam Cardialem, Bezoardicam & T[he]
riacalem tradit *Quercetanus cap. 7. Ph[ar]*
*macop. dogmat. reſtit.* quam ad om[nia]
cordis pathemata utilem deprædi[cat,]
quæ in hoc affectu ſuum non deneg[at]
officium.

Miſturam talem in formâ Electu[arii]
ad cordis palpitationem à flatibus co[m]
mendamus:

℞ *Conſerv. anthous. rut. fl. tunic.* ãã
*Confect. Alkerm. c. moſch.* ℥ij.
*Juniper.* ℥j.
*Elect. diaſcord. Fracaſt.* ʒvi.
*Spec. diambr. aromat. roſ.* ãã ℈ij.
*citr. juniper.* ãã ℈ß *caryophill.*
*Syr. cort. aurant. qſ.* Miſc. F. l. Electu[arium]
Doſ. quantitate nucis moſchatæ bi[s]
die.

Externè *Rolfincius lib. 4. Conſulta*[...]
ſequens præſcribit Balſamum:

℞

℅ *nuc. moſch. expreſ.* ℈ij.
*ſtill. angel. ſuccin. citr. meliſ.* āā
℥ x. *Juniper.* ℈j.
F. Balſamum cordis regioni manè &
ſperi inungendum.

*D. Tilemanni* tale eſt, ex *Agricolæ*
*irurg. parv. tractat.* 7. *pag.* 783. deſum-
m:

*Acet. bezoard. Ol. amygd. dulc.* āā ℥j.
*Vin. malvat. mithridat. opt. theriac.*
āā ℥ß.
*Succ. citr. expreſ.* ℥v. *ſalv.* ℥ij.
iſc. ad lenem calorem, adde
℅ *juniper. citr.* āā ℥j. *ſcorpion.* ℥ß.
*Moſch. ambr. zibeth.* āā ℥ij. Miſce.

## CAPUT XIV.

## EBRES JUNIPERO OP-PUGNAT.

Olem è mundo tollere videntur, qui microcoſmo præſentiam quatuor ele-entorum denegare audent, cum ipſe mmus rerum Arbiter illis contradicat, i *elementum terræ* mortali attribuit ge-ri *Geneſ.* *Aqua* in ore & oculis du-busque lymphaticis ſub ſeri nomine tis evidenter ſe conſpiciendam præ-t, *Aërem* nobile illud cordis flabellum lmo inſpiratione & exſpiratione atte-tur, *Ignis* præſentiam calor tàm natu- *Quatuor elementa in homine.*

 ralis

ralis, fonſque & officina caloris C[...] quam præternaturalis arguit, quid m[...] ta? Lippis notum eſt, calorem febril[...] ignis inſtar corpora hominum depaſc[...] & cum illo haud incongruè compar[...] poſſe Febres.

*Febrium differentia.* Harum autem magna eſt differe[...] tia, communiter tamen diſtingvuntu[...] *Primarias & Secundarias. Primariæ* [...] cuntur, quæ à propriis ſuis depend[...] cauſis nullumque alium morbum ſub[...] qvuntur, *Secundariæ ſeu Symptomat*[...] quæ ab aliis morbis vel inflammati[...] alicujus membri ortum ſuum hab[...] Differunt quoque febres, quòd aliæ [...] *Putridæ*, quæ a putredine humorum [...] vaporibus è tali putredine excitatis, [...] præternaturaliter calefacientibus, e[...] tantur. Aliæ *non Putridæ*, quæ no[...] putredine humorum, ſed ex acce[...] Spiritibus producuntur. Porrò occ[...] rit differentia febrium talis, quod [...] *febres* dicantur *Continuæ*, quæ à pr[...] invaſionis tempore in eodem ſtatu [...] remiſſione & exacerbatione perman[...] Aliæ *Intermittentes*, quæ poſt interv[...] nunc breviora, nunc longiora dive[...] inducunt paroxyſmos.

Omnes hæ febrium differentiæ [...] riè iterùm ſubdividuntur, ut in *fe*[...] *σχετικὰς & ἑκτικὰς in ſimplices &* [...]

*po*[...]

ſitas, *Diarias*, *Quotidianas*, *Tertianas* artanas, quæ itidem vel *Simplices* ſunt l *Compoſitæ*, unde *Duplices Triplicesque* iuntur *Tertianæ* & *Quartanæ febres.* fferunt quoq; ratione ſymptomatum malignitatis, unde variæ oriuntur ap-llationes & differentiæ, quas tamen nnes recenſere, noſtri cum non ſit in-uti, meritò ſuperſedemus.

In omnibus hiſce febribus *Junipe-m* & ex illa præparata medicamenta quid ſingulare præſtare nulli dubita-is, quoniam aromaticæ, volatiles ole-éque qualitates in illa partibusque il-s maximè deprehenduntur, magnisq; mores peccantes & fermenteſcentes endandi, temperandi, attenuandi, cutiendi & expellendi viribus pollet: i enim humorum cruditas vel putre-corrigenda, craſſities & viſciditas at-uanda, malignitas expellenda, vel ſi ebribus acredo peccet bilis & oleoſi-, ſi pituita vel viſciditate vel ſalſedine febres excitet, ſi ſuccus pancreaticus lympha aciditate, ſalſedine vel acre-e febrile pariat fermentum, hæc o-ia ſi corrigenda & ad ſtatum natura-n deducenda, ſique ſal volatile, a-, malignitatem fovens, expellendum, e hæc omnia *Juniperina* præſtant *me-menta*: Probatione enim vix indi-

get, quod dicta medicamenta hiſce
mnibus ob diverſam præparandi me
dum ſatisfacere poſſint, dum acida
*Junipero* medicamenta ut *Acetum*, *S*
*tus acidus ex ligno*, *Magiſterium Juni*
*Spiritus ex ſale Juniperi &c.* bilis acri
niam ſalinam, ejusque craſſitiem, co
ſitatem & inflammabilitatem; Salſa,
ſa & ſpirituoſa, ut *Sal*, *Oleum*, *Spir*
*Extractum*, *Eſſentia &c. Juniperi*, pit
viſciditatem & glutinoſitatem, ut & l
phæ ſucciq; pancreatici aciditatem t
perare & emendare, ipſumque ſal v
tile, acre, malignum & venenoſum pe
ca convenientia expellere malign
temque penitus tollere apta ſint, pe
vel cum aliis itidem ſpecificis, tam
phoreticis quam diureticis & a
pharmacis mixta ſi exhibeantur: Q
tam enim in febribus malignis præ
utilitatem notum eſt, cur ergo uſu
rum in aliis febribus excludatur? (
propter & in omnibus febribus
continuis, quam intermittentibus J
*perinis* tuto & feliciter medicamenti
licere concludimus cum *Mynſichto*
Theriacam Saxonicam *Spiritu Ju*
*rino* claram omnis generis febribus
fligandis & extingvendis opponit
jus deſcriptio talis:

℞

*Rob. ſambuc. ebul.* ãã ℥ij. *C.C. phil. præparat.* ℥j.
*Succ. inſpiſs. fumar. Syr. papav. ſimpl. Spir. Juniper.* ãã ℥ß.
*Bol. rubr. Ar.* ʒij. ⁂ *ſem. angel. Zedoar.* ãã ʒij.

…iſce flammâ imbecilli in formam opia… Doſ. quantitate Nuc. Moſchat. *Arma…nt. Chym. ſect. 13. pag. 229.*

Sic in TERTIANA *Rob Juniperi* ʒß. C. uſt. exhibet *Rolfincius lib. 4. Conſul… V. p. 441. & Oleum Juniperi* ante pa…xyſmum exhibere ſvadet *Conrad. Kun…h. medull. deſtill. pag. 443.* Singulare febrifugum compoſitum deſcribit …*fincius lib. V. Chim. Sect. 1. Art. 1. cap. 17.* *Febris Tertiana.*

⊖ *abſinth. card. bened. fraxin. junip.* ãã ℥j.
*ſarmentor. vitium, corylin.* ãã ℥v.
⦶*i cum* 🜍*e prap.* ✳*ci* 🜿*r.* ãã ℥j.

…vantur in aqua fumariæ modico Spir. …li addito. Artis regulis obſervatis, …erget ⊖ cryſtallinum Febrifugum. …ſ. ℈ß. in liquore competente.

Et nos febre Tertianâ laborantes, …miſſis & interpoſitis medicamentis …ſuperiora & inferiora evacuantibus, …us menſis ſpatio feliciter hiſce reſti…nus: *Obſervatio.*

⊖ *Juniper. card. bened. abſinth.* ãã ℈ß.
*Rob. Juniper. Syr. card. bened.* ãã ℥ß.

Miſc.

Miſc. S. Schweißtreib: Safft auf 2 mea

Sæpius in curâ febrium obſervaa mus, quàm variè morbis & inprimis bribus debellandis ſe idoneum præb ℥ius vitæ, ex ℥ii butyro, quod ex regg & ☿ ♀ to exſtillatur, confectus, ad grra V. enim in ſubſtantiâ exhibitus nulll plane vomitum, ſed largiſſimum ſſ excitavit ſudorem, quo ægri maxxi fuere ſublevati.

Omnibus præterea medicameen *Juniperina* addimus, & inprimis 2. h ante paroxyſmum exhibuimus ſequ

℞ *Conſerv. roſar. violar.* ⊖ *lat.* ãã

*Spir. ſalis coagulat. abſynthiac.* ju *per.* ãã ℈ij.

*Salis card. bened.* ʒß. *Rob Juniper*

*°°° juniper.* ℈ß.

Miſc. F. Electuarium. D. in pyxide S ber-Zucker. Doſ. ʒij. ad ʒiij.

Quô primâ ſtatim vice exhibitô roxyſmus plerumque levior & b or fuit, poſteaque paulatim remiſit & nitùs evanuit.

*Quartana* Quartana laborans ſib hydropem ex pedibus tumefactis m ens ſequentibus reſtitutus eſt, no *Deckero in elegantiſſimis notis ad* *Barbett. lib. 3. cap. 3.*

℞ *Raſur. lign. guajac.* ℥iij. *cort. ejus*

*Rad. apii, petroſel. leviſt.* ãã

*Bacc. laur. juniper.* ãã ℥iß.

oqu. ſ. a. ex ▽â purâ in Colaturæ xxxvi. diſſolv.

*Syr. card. bened.* ℥ij. *ſpir.* ✱*ci* ʒj. ▽*æ theriac. ſimpl.* ℥j. Miſce:

ulvis & Decoctum purgans, quibus æterea uſus eſt, videantur *loco citato.*

Externè ad *quartanam* ex lienis obſtructione ſequens exhibet *Conrad Kunth. medull. p. 421.*

*Fungor. Junip. qv. infund. in Spir. Vin. q. ſ.* c ſolventur fungi illi & in liquorem ſe convertent, quo ſpina dorſi febricitantis à ſuperiori ad inferiorem usque rtem illinatur & ſæpiùs hæc inunctio petatur, ſic febris penitus evaneſcet.

In QUOTIDIANA febre ante paroxiſmum ſequens adhibet *Grylingius lib. V. Med. Pract. part. 2. cap. V.* *Quotidiana.*

*Arcan. duplicat. Spir. coagulat. abſinth. vel Juniper.*

*Crem.* ♀*i* āā ℈j. ☍ *bacc. juniper* ℔j.

iſce D. in juſculo.

IN SYNOCHA ſimplici externè ad revellendos vapores alias ſurſum tendentes antis pedum ſequens imponatur maſſa: *Synocha ſimplex.*

*Gumm. tacamahac.* ℥ij. *Vernicis, animæ, ſuccin.* āā ʒß.

*Pulv. rad. pyrethr. diptamn. alb valerian. ſem. eruc.* āā ʒj.

iſc. & c. ſ. q. fermenti & acet. rub. id. maſſa *Rolfinc. lib. 4. Conſult. 4. pag. 429.*

II. PE-

## II. PESTIS ET FEBRES MA-LIGNÆ.

*Peſtis.*

QUamvis homo multis morborum g-
neribus ad mortis caſtra quæ illu
deducunt, ſit obnoxius, nullum tam
atrociùs in illum ſævit, quàm *Peſtis*
*Febres malignæ*, quippe quæ cito pede
in optimo ætatis flore conſtitutos nun
ro aſſociant ſilentium, oppida & a
colonis viduantes, *peſte* quidem mit
res ſunt *febres malignæ*, periculo tam
pleniſſimæ.

*Febrium malignarum differentiæ.*

Variè *Febres* hæ diſtingvuntur.
liæ enim ſunt *Epidemicæ*, quæ in plu
eodem tempore ſæviunt, ex aëris vel
menti vitio ortæ, aliæ *Privatæ*, quæ h
vel illum ſaltem hominem & quidem
cauſam ſingularem ac veneni ferè
mine afficiunt. Præterea ſunt illæ
*Contagioſæ*, quæ alios inficiunt vel
*Contagioſæ*, adſtantibus nullam no
afferentes, quæ iterùm ſunt vel *Acu*
*res* paucis diebus ad finem tenden
vel *Longiores*, plures dies duran
*Franciſc. de le boë Sylvius lib. 1. Prax. M*
*cap. 33.*

A *Peſte* quoque *Febres malignæ* d
runt, earum differentias autem rece
re nimis prolixum fore judicamus;
deatur de his *Sennertus lib. 4. de Feb*
*cap. 3.*

Or

Omnibus hiſce, ut & ipſi Peſti ad-
rſantur *medicamenta juniperina, Præ-
vativè vel Curativè adhibita*, paucas e-
m medicorum formulas Lernæis hiſce
lis oppoſitas cernere licet, quæ non
*niperinis* ornentur medicamentis, cum
*Juniperus ejusque bacca* per ſe inter a-
ipharmaca locum teneant haud po-
emum: Quantum enim ad præſerva-
nem, quâ de primò dicendum, con-
cant, notum eſt, & *grana juniperi* in a-
o macerata inque ſubſtantia exhibi-
ut & Electuarium ex ſolis *baccis juni-
inis* confectum ad peſtis præſervatio-
m magnopere commendantur.

Sic etiam *lignum Juniperinum, ra Juniperini, bacca Juniperi* tàm per ſe, ſuprâ jam diximus, quam cùm aliis mixtis variè in ſuffitibus adhibentur, orum varias habet formulas *Sennertus 4. de febrib. cap. 7. Rhumelius part. 4. r. Chym p. 631. Colerus cap. XI. lib. 1. de . Mynſicht. ſect. X. Armament. Chym. 92. & 93. & alii*, ſicque unicum tan- lubet apponere Pulverem pro ſuffi- *quo D. D. Chelius* tempore peſtis uſus *Præſer-vantia Externa.*

*Rad. veter. Juniperi exſiccat. & tenu-
iſſimè inciſ.* ℔ß.
*Bacc. Juniper.* ℥iij. *Thymiam. thur.
alb.* ā̄ā ℥iß.

*Sem,*

*Sem. nigell. coriandr.* ✝*to. macer*
*& exiccat.*
*Rad. ir. Flo. gumm. ladan. ſandar.*
*Ceræ alb. minut. inciſ.* āā ℥j. *maſtich*
*Cort. citr. aurant.* āā ʒvi. *Caryoph*
*conciſ.* ʒi;.
*Fl. lavend. ſummit. abſinth. c. ſem*
āā Miß.
*Fol. ſpic. nard. ſalv. meliſs.* āā Mj.
*roſmarin origan. majoran.* āā i

Conſcindend. conſcindantur, Sem autem integra ſumantur & miſcean S. ut ſupra:

Aliò, & quidem ſequenti modô fitum parare docet *Paræus lib. 21. Chir cap. 19.*

℞ *Herb. rut. ſalv. anthos. bacc.*
*Juniper. nuc. cupreſs.* āā *qu*

Infund. Aceto, quod poſtea ignitis dibus aſpergendum.

De uſu horum ſuffimigiorum imperitè monet D. Starck ut ni eorundem uſus vitetur & eorum ignis apertus lignis odoriferis con inſtructus eligatur, præſertim ubi tis metuenda gravitas, aſthma ali talia ſymptomata. *Tractat. de peſt.*

Balſamum antilimicum ſing tradit *Rolfincius lib. 4. Chim. ſect. V. c.*

℞ ☍ *ſcorp.* ʒij. *angel. deſt.* ℈ß. *bacc. Jun*
*Nuc. moſch. expreſs. qſ.* Miſc.

Balſamum in peſte naribus, carpi con-
iis, ſcrobiculo cordis aut ſub ſiniſtrâ
amillâ inungendum.

Acetum Prophylacticum *Cl. D. D.*
*rnoldi Weickardi* tale deſcribit *Schröderus*
*. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 37.*

*Rad. Angel. zedoar. | leviſtic. pim-*
*pinell. germ.*
*Rut.* ãã Mj. *Turbith el.* ʒij.
*Cort. citr. recent.* ʒiij. *Bacc. juniper.*
*matur.* ʒiß. *Laur.* ℥j.

ciſ. & contuſa ut moris macerentur
n Acet. acerr. Menſ. ij. poſtea deſtil-
tur per Alemb. vitreum & ſervetur pro
.

Oleum antipeſtilentiale, quo cor-
, axillarum & ingvinum regio inun-
ur *Barthol. Bonacurſii vid. apud Schrö-*
*um lib. 2, Pharmacop. Med. Chym.*
*. 72.*

Inter interna Præſervantia com- *Præſer-*
ndantur Evacuantia , ut , ſi *vantia In-*
d vitioſorum humorum in corpore *terna.*
prehendatur, educatur & ſic fomes ma-
etrahatur. Sint autem illa leniora il-
que Alexipharmaca miſta. Sic
*gnerus tractat. de peſte* ſequentem ordi-
potionem:

. *Fol. Senn. ſcabioſ. Rad. polypod.* ãã ℥ß.
ncif. coqu. in ſ. q. ſeri lactis, expri-
ntur & adde:

*Caſſ. rec. extract.* ℥iij. *Elect. d. ſ[?]n*
*roſar.* ʒij.
☍ *juniper.* gtt.iij. Miſc. omnia S[?].
Purgir Träncklein.

His ſuccedunt Aquæ Theriacales, [?]zoardicæ & Antipeſtilentiales dictæ, q[?]bus in præſervanda peſte inſignes vi[?] attribuuntur. Omnes illæ plerumque [?]*niperi partibus* inſignitæ coruſcant & p[?]cas videbis iisdem ſpoliatas, variæ i[?]rum formulæ videri poſſunt *in Append. Antidotar. Uffenbach. pag. 588. Hartm[?] Prax. chimiatr. p. 31. Pharmacop. do[?] Querc. reſtit. cap. 7. Plateri Obſervat.* [?] *2. p. 339. Timæi à* Gülden-Klee *deſcr[?] medicament. p. 400. Caſ. med. annex. [?]mann. d. mater. medic. pag. 268.* aliis[?] quamplurimis, ex quibus ſequens [?]gnarum perhibetur virium eſſe *à A[?] ſichṫ. ſect. 19. Armament. Chym. p. 326.*

℞ *Theriac. Venet.* ℥viij. *Terr. ſigill.* [?]
*Rad. angel. hort. tormentill.* [?]
*camp.* ãã ℥ß.
*C.C. phil. præp. C. alcis eod. mod. ca[?]*
*Lign. Saſſafras, Bacc. Juniper.* [?]
*citr.* ãã ℥j,
*Bolet. Cervin. Myrrh. rubr.* ãã ʒ[?]
♁*ii diaphoret. Croc. orient.* ãã ʒi[?]

Pulveriſata mixta infund. in Vini [?]vat. ℔viij, macerentur per 8. vel 14. [?] poſtea in Bal. Mar. deſtillentur. S[?]

Elec[?]

lectuaria Prophylactica extant quamlurima, tàm febribus malignis, quàm ſi peſti contraria. Tale eſt Electuarim Alexipharmacum FF. cujus deſcritionem tradit *Schröderus lib. 2. Pharmap. Med. Chym. cap. 51.* Item Antidotus iſpanica, *cui ℞ juniperi aa* ℥i. admiſcear, cujus deſcriptionem vide in *Crocoloa Nobiliſs. D. D. Herdot. p. 245.*

*Platerus loco ſuprà citato* etiam trat Antidotum, quam *baccæ juniperi* ingrediuntur & Electuarium Prophylactiim *Bartholini, baccis juniperi inſigne*, deribit *Philipp. Müllerus lib. V. miracul. Med. Chimic. p. 145.* ſequensque addit:

*Fol. rut.* ℥ß. *Fic.* ℥ij. *Bacc. junip.* ℨiß.
*Nuc. maj.* ℥j. *Acet. vini* ℨij. Miſce modum Electuarii: De quo ſumat junus iturus in aërem quantitate caneæ.

*Verzaſcha lib. 17. Riverii Contract. T. 3. cap. 1.* hanc præſcribit opiatam:

*Rad. tormentill.* ℨiß. *angel. ſucciſ. vincetoxi* ãã ℨß.
*Bol. Armen.* ℈ij. *C. C. phil. præp.* ℨij.
*Rob. Juniper. ſambuc. Theriac. veter. Mithridat. opt.* ãã ℥ß. *Mell. qſ.*

F. Opiata. Doſ. quantitas nuciſtæ anegreſſum è lecto.

Pulverem Bezoardicum *Juniperi baccis* exornatum ad peſtem tàm præca-

vendo quàm curando proficuum tra[...]
*Uffenbachius lib. 3. Antidotar. ſect. 1. cap.*
*Sal Juniperi* ut & *Extractum B[...]* *carum* ejusdem generoſis adnume[...] præſervatoriis *Wilhelmus Pithopœus Cæ[...]* *reæ olim Majeſtatis Archiater pag. 6. Vir[...]* *toxici & ſeqq.*

Extractum Antipeſtilentiale acc[...] paratum exhibet *Sennertus lib. 4 de febr[...]* *cap. 7. de præſervat. Peſt.* quod tale:

℞ *Rad. angel. valerian. olſuat. zedoa[...]*
*ſcorzoner. tormentill.* āā ℥j.
*Fol. ſcord. card. bened. dict amn. vero[...]*
*rnt.* āā ℥ß.
*Cort. citr. Bacc. Juniper.* āā ℥j. [...]
*citr.* ℥ß.

Affunde aceti deſtill. qſ. F. Extract[...] cui adde:

*[...] deſt. citr.* ℈ß. *⊖is fraxin. abſ[...]*
āā ʒj.

Doſ. *à* ʒß. *ad* ʒj.

Aliud Extractum, *Extracto Junip[...]* *no clarum*, ibidem addit & hanc Anti[...] tum à Recentioribus laudari aſſerit[...]

℞ *Theriacæ* ℔j.

Extrahatur aquâ Bezoardicâ vel [...] *ritu Juniperi* Tinctura. Feces c[...] nentur & cum aquâ cardui benedict[...] extrahatur, liquorique, qui eſſent[...] Theriacæ attraxit, miſceatur. Hin[...] quor per Balneum deſtilletur, ut in fi[...]

Ef[...]

ſentia ſeu Extractum Theriacæ rema-
at Syrupi conſiſtentiâ. Liquor qui
ſtillavit eſt aqua Bezoardica ſatis effi-
x. Extracto adde:

*Eſſent. corallor. perlar.* ãã ℨij.
*Lapid. bezoar. ver. unicorn. veri* ãã ℨiß.
*Ambræ. Eſſent. è trochiſc. viperæ. myrrh:* ãã ℨj.

per igne lentiſſimo miſceantur, ulti-
o adde:

*citr.* ℥.vi. *camphor.* ℥ij.

ſ. ad Præſervationem piſi magnitudi-
, ad Curationem ℈ß. cum aqua Bezo-
dicâ.

Tincturæ Bezoardicæ expertiſſimæ,
â peſte graſſante *D. D. Matth. Franc. rtodt. ſe ſuos pluresque alios præſervaſſe atur Nobiliſs. D. D. Joh. Ferdinand. Her- t. S. R. I. Acad. Natur. Curioſ. Orpheus,* ſcriptionem *vide cap.* 21. *Crocólogiæ pag.* .

ROTULAS ad præſervanda febri-
n malignarum contagia certiſſimas vi-
ſupra *Cap. 7. hujus tractatus.*

CURATORIA in peſte febribus- *Curatoria Interna.*
e malignis quod attinet medicamen-
, inter hæc *Juniperina* referri optimè
rentur, cum eximiis viribus venenis
verſandi & ejiciendi ſint prædita. Ab
utoribus commendantur varia. Sic

*Tenzelii* ſequens ſpecificum Alexiph-macum in peſte deſcribit *Grylingius* i *V. Med. Pract. part. 2. p. 755.*

℞ *▽æ ⊖li ſecund.* ℥xxx.
*Rad. chelidon. in umbrâ ſiccat. ana odorat.* ãã ℥iv.
*Herb. veron. c. flor.* Miv.
*▽æ vit. Juniperin. è baccis* ℔j.
*Maſſ. mumial. microcoſm.* ℥iv.
*Opii ad mentem Quercetani pa... loco tamen aceti, ſucco aurant... præparati* ℥ß.
*Croc. opt.* ℥j. *ol. ſuccin. alb.* ʒj. *Lig... CC. ⊖lat.* ʒx.

Radices & Herbæ cum ▽â ⊖li per 8... es, in fimo equino digeſtæ per cinere... aquam deſtillentur, cui poſtea *Spi... Juniperinus* affundatur, additis ſ... maſsâ mumiali, opiô, crocô, ol. ſuc... & Spiritu ⊖li ex CC. paratô. Ci... lentur per menſem in Arena, deniq... ſpiſſo diligenter ſeparanda. Doſ. à ℈... ℈i. ad præſervationem, ad Curatio... ℈ij. in liquore convenienti.

Liquor C.C. ⊖latus ita paratu... Spiritus ⊖li C. C. uſto pari ponder... fundatur & præmiſsâ exſiccatione... X. dies magno igne deſtilletur.

*Minderērus* aquam ad medicam... exhibenda valdè commendat, quam... *niperi baccis* pondere ℔j. nobilitavit;

s deſcriptionem vide *lib. 4. Sennert. d. brib. cap. 8.*

Electuariorum uſus in peſte & febribus malignis à multis probatur. Sic uercetanus ſummis extollit laudibus heriacam ſuam Cœleſtem cum *Spir. Juperino* paratam, cujus deſcriptionem de in *Pharmacop. dogmat. reſtitut. c. 24.*

Nec officium denegabit ſequens on adeò pretioſum Electuarium *.D.R*, quod *B. D. D. Hofmann. pag. 57.* velat:

*Nuc. jugland.* ℥iiß. *Flo. recent.* ℥ij. *in* ⁂*to macerentur;*
*Fol. rut. recent.* ℥VI. *abſinth.* ℥ij.
*Rad. Zedoar. oſtrut. dictamn. alb.* ãã ℥iß.
*pimpinell valer. gentian.* ãã ℥j.
*Rob. Juniper.* ℥j. *Terr. ſigill.* ℥iij. *Bol. Armen.* ℥ij.
*Theriac.* ℥iß. *Fol. card. bened. veron.* ãã ℥j.
⊖ *juniper. angel.* ãã ℥ß.

iſc. F. Electuarium.

Plura alia ibidem deſcripta Electuria *baccæ Juniperi* ingrediuntur citaloco videnda.

Sub formâ Extracti ſi quis appetat medicamentum antipeſtilentia, huic ſatisfacient *Hartmannus in rax. Chymiatr. p. 367. Sennertus & Tycho*

*de Brahe*, Hujus deſcriptio, quam Rud pho Imperatori ſubmiſsè comunica extat apud *Schroderum lib. 2. Pharma Med. Chym. cap. 57.* & talis eſt.

1. ℞ *Theriac. Androm. veter.* ℔j.

Extrahe Tincturam cum Spir. Vin. rec ficatiſſimo ad ſuperemin. palmæ affu vaſe benè clauso. Effuſiones filtra & ſtrahe J. △e ad conſiſtentiam mellis 2. Fiant Flores ♀is ſimplices ter p & quartò ex Aloë, Myrrhâ & Croco mel leniter evacuati:

℞ *Horum* ℥iv.
*℅ Juniper. è bacc. rectif. ad eminen am digitorum 4.*
(*Succini ſi libet part. 4.*)

Stent in digeſtione tepidâ & impræg bitur oleum tincturâ ♀is rubicundâ funde, & ſi libet, filtra. Itaque

℞ *Extract. Theriac. part. xii.*
*Balſ. illius ♀is part. 1.*

Addendo, ſi libet, nonnihil Extract. R angel. Mag. ſuccin. alb. & ⊖is abſi ut & de Spiritu illo Theriacali abſtra aliquantulum, digerantur. Hinc Separatio ad conſiſtentiam mellis. S mum eſt curativum peſtis. Doſ. g xi, xii.

*Sennerti* Extractum Antipeſti tiale tale eſt:

℞ *Ra*

*Radic. angel. olsnit. imperator, zedoar. helen. valerian. vincetoxic.* ā ℥ß.
*Tormentill. gentian. petaſit. ſuccis. pimpinell.* ā ℥j.
*Sem. leviſtic.* ʒiij. *angel. meliſſ.* āā ʒij. *citr.* ʒj.
*Gran. Juniper.* Mij. *Flor. hyperic.* Mj.
*Fol. veron. meliſſ. artemiſ. ſcord. galeg. ſcabioſ. card. bened.* āā Miß.
…m Spir. Vin. Fiat Extractum. *Inſtitut. …ed. lib. V. part. 3. ſect. 3. cap. 9.*

Elixir Peſtilentiale deſideranti ex… …pet *Crollius in Baſil. Chym. p. 286.* cujus …ſcriptionem videatur *cap. 7.* hujus …*ctatus.*

Eſſentiam Camphoræ Alexiteriam …mpoſitam talem tradit *B. D. D. Mœ…us pag. 42. anot. camphor.*

*℞ bacc. Juniper.* ℥ij. *citr.* ℥ß. *ſuccin. alb.* ʒij. *angel.* ʒj.
*Camphoræ* ʒij. *vel* iij.

… a. Solutio in Balneo, adde:

*Extract. liquid. zedoar. angel.* āā ʒj.
*Croci* ℈ß.

…rùm digere & ſerva pro uſu.

Miſturis qui delectatur, adeat *Gry…gii Med. Pract. qui lib. V. part. 2. cap. 7.* …urimas earum tradit formulas.

Inprimis hîc commendari meretur …iſtura Antilimica *B. D. D. Rolfincii,*

 cujus

cujus præſtantiam nunquam ſatis prædicare poſſumus ob illuſtres, q in febribus malignis & petechialibus & *Viſenæ* aliquoties graſſantibus præ tit, cum ex trecentis & ultra hiſce m affectis curæque noſtræ in Praxeos ſtræ curſu commiſſis vix triginta v privari nectare permiſit, cujus comp tio talis *lib. 4. Chym. ſect. 4. cap. XI.* p ponitur.

℞ *Miſtur. ſimpl. diaphoret.* ℥ß.
*Eſſent. gran. junip. vino malvat. pa angel. rut. ſcord. meliſſ. card. be gentian.* āā ℥j. *Croci* ʒij.
*Spir. CC. cum* ⊖*e volat.* ℥j. *lign. ſ eben. rect.* āā ʒij.
*Syrup. acetoſ. citr. ſcord. card. be ceraſ. & caryoph. ſcorzoner.* āā

Stent in digeſtione horarum 24. Ac ventur in vaſe, in quo ſuſpendatur dulus:

*Ambræ* ℈ß. *Moſchi* ℈j.

Doſ. ʒij, iij. in aquâ Scordii.

Tincturam contra peſtem E. *D. D. Bauſchius Tractat. d. Unicorn.* *p. 199.* talem componit:

℞ *Miſtur. ſimpl.* ℥iijß. *Spir. C. C.* ʒ
*Rad. ſcorzoner.* ʒiß. *tormentill.* ℈ *elen.* ʒj. *contrayerv.* ʒß.
*Bacc. herb. parid. contuſ.* ʒiij.
*Juniper, conquaſſ.* ℈iv.
*Cort. citr.* ℈ij. Miſc.

ent in digeſtione in loco pro extra-
ione Tincturæ, quæ filtranda.

Sequentem compoſitionem maxi-
is in peſte aliisq; morbis malignis ex-
llit laudibus *Pithopœus pag 71. tractatus*
*ati*, & Diaſcordium compoſitum ipſius
*niperinam ingredi Eſſentiam* teſtatur
*p. 95.*

*☿ii fixi diaph. c.* ⊙e ℥j. ⊙is *diaphor.*
*Magiſt. Corall. rubr. Rubin.* āā ʒij.
*Eſſent. croc.* ʒj. *juniper. fumar. hirun-*
*dinar.* āā ʒß. *guajaci*
*Bezoard. animal.* āā ʒj. *Moſch.* ℈ß.
*Ambr.* ℈iß.
⁂ *cinamom* gtt. iij. Miſce

of. à gxii. ad ℈j. in ▽ vel Syrupo Fu-
ariæ.

Pulveres contra Peſtem ſi quis ex-
ptet, deſiderium explebunt ⊖ia The-
acalia dicta, ex viperis aliisque variis
gredientibus compoſita, tàm à veteri-
us, quàm recentioribus maximè com-
endata. Inter veteres horum memi-
it eorumque præparationem, cui bac-
arum juniperi ℔ij. adjungit, tradit *Ga-*
*nus lib. de Theriaca ad Piſon. cap. 18. & 19.*
*g. m. 1279.* Inter recentiores *Querceta-*
*us* eadem corrigit & *cap. 24. Pharma-*
*p. dogmat. reſtitut. pag. 828.* eorundem
formationem rectamque præparandi
tionem edocet, illique *baccas Juniperi*
*d* ℥iv. addit. Inpri-

Inprimis *Confectionem viperinam* ... *niperinam* extollit *Autor citatus cap.* ... *pag.* 808. ejusque præparationem ... proponit citato loco videndam. ... hoc pulvere ita loquitur: Pretioſi... mus hic Pulvis ex tàm venenatiſſi... animali eductus ſuperat quævis alia ... xiteria & alexipharmaca, ſi ad ℈j. po... gas.

Tabellas Cordiales contra peſti... ita præparat *Ambroſ. Paræus lib.* 21. ... *rurg. cap.* 7.

℞ *Rad. angel. gentian. bellen. zeddo...* āā ʒij.
*Sem. citr. acetoſ.* āā ʒß. *cort. citr.* ... *namom.*
*Bacc. laur. Juniper. Croci* āā ℈j.
*Conſerv. roſar. bugloſſ.* āā ʒj. ... *chari* qſ.

Miſc. F.l.a. Tabellæ pondere ʒß. ... num. 1. ante cibum.

Plures idem Autor habet medi... mentorum formulas, *juniperinis med...* *mentis* conſpicuas, loco citato videnda...

*Externa.* Externa in peſte febribusque ... lignis tàm ad corroborationem, qu... bubonum carbunculorumve peſtile... alium maturationem & Curationem ... ria adhibentur, quibus *juniperina* add... tur *medicamenta.*

Sic *Platerus* in febre maligna ſu...

lſus in utroque carpo Theriacam,ad-
is caryophillis, croco pauxillo, *baccis*
*iperi* contuſis & cum aceto roſaceo
actis,applicavit, notante illo *lib.2.Ob-*
*vat. p.319.*

Et hîc locorum nihil frequentiùs
, quàm ad dolorem capitis in febri-
s malignis ſedandum capiti impo-
nt ſequentia mixta:

*Bacc. juniper. contuſ. ſem. carv. nigell.*
*Mic. panis* āā *qu. linteis incluſa capi-*
*ti* imponantur.

Ungventum contra Peſtem *Antonii Flo-*
*tini* ſequens tradit *Uffenbachius lib. V.*
*tidot. ſect. 1. pag. 564.*

*Theriac. Androm. vet. opt.* ℥ij.

qu. in vaſe fictili optimè vitreato ad
nſummationem medietatis, adde, cum
igne remota fuerit :

*Rad. carlin. imperator. gentian. dip-*
*tamn. alb.*
*Sandar. Ar. croc. opt.* āā *pulveriſat.* ʒij.

ſc. F. Unguentum, quò cordis regio
ngatur.

Emplaſtrum *Fiorovanti* ad peſtem
e deſcribit *Grylingius loco ſæpe citato;*

*Reſin. pin. rec. Sandarac. Ar. ceræ rec.*
*Sev. caſtrat. Fell. bovin.* āā ℥iv.

lliant in ℥xviii. ol. ſem. lini, usque
m fumum fœtentem ediderit, poſtea
igne amoveantur, per linteum trajici-
antur,

antur, addatur de Cerato Magiſtrali pondus omnium, iterùm coquam trajiciantur & cum ſequenti pulv commiſceantur:

℞ *Thur. maſtich. myrrh. ſarcocoll. Sang. Dracon. Ammoniac. virid.* āā ℥ß.

Cerato dum adhuc calet admiſceantur & ad uſum reſervetur.

*Lagnerus tractat. de peſte* ſequ ad venenata ulcera, ne ulteriùs ſerp proponit.

℞ *Sapphirum orientalem* ve hunc *in oleum Juniperi* intinge & hoc circulum fac circa puſtulas vene tas, tunc venenum ulteriùs non ſer ſed in hoc circulo puſtulæ aperien

Singularem in febribus malig præcipuè in morbo Ungarico, Cura quidem Magicam edocet *Pharamun Rhumelius, cap. 9. Iatr. Chym. p. 397.*

℞ *Baccar. Juniper. virid. & imme qv.* Contundantur aſperſo ⊖e in mo rio, poſtea capiti, tergo & plantiss dum imponantur, donec exſic tur, terrâ ſepeliantur & impoſitio *carum recentium* repetatur usque omnis malignitas ſit attractata.

## Caput XV.

## DE
## ENENIS EORUMQUE
## ECIALI ANTIDOTO JU-
## NIPERO DISSE-
## RIT.

Uamvis homo omnium Creatu-
rarum Nobiliſſima ac Præſtantiſſima
tantis tamen calamitatibus & peri-
s, mortem τὸ τῶν φοβερῶν φοβερώ-
τον minantibus, eſt cinctus, ut ſem-
habeat, à quo ſibi cavere debeat.
n enim tot tamque varii ſolùm mor-
vitali nectari qui inſidiantur & vi-
, ſi non planè adimant, beatâ tamen
rte multò infeliciorem reddunt, ſuffi-
nt, ſed homini inſuper *multa veneno-* *Veneno-*
*genera* inſidias ſtruunt, cùm in o- *rum na-*
ibus Macrocoſmi, Regnis, ut vegeta- *tura.*
, animali & minerali talia extent *vene-*
quæ humanæ naturæ & complexioni,
ndum *Foreſtum lib. 30. obſerv. in Schol.*
*bſerv. 2. de Venen.* extremè repugnant,
icente *Nobiliſs. D. D. Welſchio cap. 17.*
*c. rational. vuln. lethal.* vi ſuâ delete-
calidum nativum Cordis primariò,
ue adeò reliquarum etiam partium
ugnant ac deſtruere nituntur: Si-
dem hæc & in minimâ quantitate aſ-
ta vel corpori ab extra admota gra-
viſſi-

viſſima excitant mala, ut, ſi non ma
re illis obviam eatur, hominem citiſſ
interimere, vel nonnunquam per
quot tempus in corpore latere & po
deleterias ſuas vires maximo cum
petu exſerere valéant: Nonnulla e
homines citò vel *aduſtione, ſuffocati*
vel *coagulatione* è medio tollunt, m
nulla verò *viſcerum eroſione, exulcerati*
*putrefactione humorumq; corruptione* oe
nomiam corporis humani ſubvertu
animamque ex ſede ſuâ amiciſſimâ e
grare cogunt.

*Qualitates venenorum.*

Quomodo autem *venena* corp
externè tantûm admota tantas cala
tates in corpore tàm citò excitare v
ant, meritò curioſè inquirendum; Sa
aliorum doctiorij udicio hæc ex no
conjecturâ videtur ratio: Videmu
los, qui à viperâ, ſerpente, aliove
malis venenati morſu vulnerati ſunt
venenatas res ſaltem attigerunt, ve
vires illicò in corporis partibus inte
ribus percipere, cum tamen ad illas
hil veneni immiſſum & perlatum vi
tur. *Hanc venenorum deleteriam qu*
*tatem & efficaciam* ac venenatorum
malium halitus vel ſputa conſiſtere:
tamus in *Sale Spirituve acerrimo max*
*que volatili*, qui per conſpicuos corp
cutisque meatus, poros videlicet,

*Venenorum vis quo conſiſtat.*

m

odò ſi admoveantur, ad intimiores
rporis partes ipſamque maſſam ſan-
vineam penetrant ipſique cordi per
rculationem omnibusque viſceribus
mmunicantur.

Hoc autem poſſibile eſſe ita proba-
poſſe putamus: Quemadmodum Sa-
volatilia Spiritusque maximè volati-
s & in alcohol redactos ex optimè oc-
uſis vitris vaſisque evolare & auras
tere cernimus, ita & venenorum Sa-
& Spiritus volatiles multò facilius
r poros corpori ſe intimiùs inſinuare
que internas illius partes pervenire
ſſe non abſurdum judicamus; imò
Salinis cernere licet aquam Salinam
rticem ovorum, ſi in illa ad duritiem
quantur, penetrare & tàm brevi tem-
ris ſpatio ſalinum ſaporem toti ovo-
m ſubſtantiæ communicare, ſapimus
guſtu deprehendimus, cur ergo vene-
, majori utpote vi & penetratione ac
btilitate prædita, quàm Sal illud culi-
re & aqua ſalina, corpus non pene-
re & venenoſâ ſuâ qualitate inter-
s quoque illius partes non inquinare
leat?

*Venenum* itaque corpori immiſſum
ximam maximeque malignam exci-
e ebullitionem & effervescentiam
n in ſangvine, quàm aliis omnibus

corporis partibus, ad quas illud deffe
tur, ob diverſas & ſibi invicem contr
rias qualitates (ſicuti in Spiritib
contrariæ qualitatis Saleque vola
præditis obſervatur) indeque tumor
præternaturalem, qui in veneno af
ctorum corporibus conſpicitur, ort
ducere judicamus cum *B. D. D. M*
*lenbroccio cap. 9. Cochlear. Curioſ.* Hui
non tempeſtivè obviam eatur & natu
pugnanti venenumque ejicere cona
ſuppetiæ ferantur, actum eſt de homi
vitâ, quoniam univerſum corpus *ve*
*natâ ſibique maximè contrariâ & inim*
*qualitate imbuitur, ſangvis antea laudab*
*venenoſus, acris & igneus quaſi redditur,*
*ad cor delatus, efficit, ut ipſa cordis*
*ſtantia reliquorumque viſcerum adur*
*& corrumpatur citiſſimè, denegatâ vide*
*materiâ, cordis reliquorumque viſcerum*
*flammationem, aduſtionem & corruptio*
*mpediente.*

Hanc fermentationem & eb
tionem à Sale volatili venenorum
acredine aciditateve aliâque ferm
tandi vi præditâ qualitate illorum
venire prolixâ probatione non eger
bitramur, cum oculari illud rerum (
micarum peritorum inſpectioni, u
prà monuimus, pateat & ab aliis jam
dum probatum ſit & explicatum.

Diximus ſuprà nonnulla *venena ſuffocatione* vitam perimere & coagulatione, de quibus nunc etiam agendum. Suffocatione venena noceant, adſcribenda hæc illorum noxa *Spirituoſis, vaporoſis & venenatis eorundem fuliginibus,* quæ vel per ſe in corpus attrahuntur eique communicantur, vel à prædictâ excitatâ fermentatione & ebullitione excitantur. Si enim exhalationes carbonum ſecundum *Amat. Cent. 7. Cur. 33.* vapor muſti & cereviſiæ, halitus cloacæ teſtante *Hœchſtet. Decad. 3. Obſ. 8.* evaporationes calcis tectoriæ *obſervante Tulpio l. 3. c. 41.* ſtuporem & mortem inferre potuêre, ſique Spir. Vin. ipſumque vinum, immodicè ſi aſſumantur, lethali ſucceſſu ob Spirituoſas eorundem evaporationes fuerint aſſumta, quantò magis venena maximè & vaporoſâ qualitate conſpicua ſuffocationem mortemque ipſam cauſare poſſunt: Notum enim eſt, vapores craſſos Spirituum animalium influxum impedire, ex horum penuria dicente *Sylvio lib. 1. Prax. Med. cap. 20. §. 12.* Cor imbecillius moveri, & ſic ex abſentiâ illorum & denegato influxu planè motum cordis ipſamque vitam tolli.

Venena ſuffocatione periment & quomodo.

Spirituoſi & venenati hi vapores vel attrahuntur corporique ſe inſinuant

per inſpirationem vel per poros, ut ſ
prà dictum, vel ab ebullitione & ferme
tatione veneni in corpore excitatâ pr
ducuntur. Fermentationem autem v
pores gignere, extra dubitationis alee
eſt poſitum, cum quotidiana illud exp
rientia teſtetur & dubitantes ad ferm
teſcentia vini, & cereviſiæ, Spiritus V
dolia remittat, ubi ſenſibus illud l
manifeſtè ſatis percipient.

*Coagulatione venena occidere.*

*Coagulation* etiam venena *ſuff*
*tione* nocentia noxam ſuam debent, c
veneni qualitas venenata in eo e
conſiſtere videatur, quod ſangui
coagulet, & ſic ob lentorem & inop
ſanguinis, cordis inflammati ardo
reſtinguere debentis, homo ſuffoc

*Unde proveniat coagulatio.*

*Hanc coagulationem à ⊖e veneni ac
coagulari aptiſſimo provenire opinamu
mnis enim concretio & coagulatio ſalin
pria eſt eaque naturâ ſuâ ad coagulati
dicente Sennerto cap. XI. de conſenſ. &
ſenſ. Chym. p. 304. tendunt, & concr
ac coagulari omnis Salis eſt proprium.*
itaque Sal illud venenatum ad Sal,
tàm ſanguini, quàm aliis corporis
bus & humoribus copioſè ſatis ine
fertur, utique illud ſibi ſimile redd
ad coagulationem illud, ut &
maſſam ſangvineam, diſponere &
çere veroſimile apparet, ſicuti *Sal*

olatile *Spiritum Vini coagulare ſolet*, no-
ante *Sennerto lib. V. Inſtit. part. 3. ſect. 3.*
*ap. 15.*

Sic præterea notum eſt, quod Sal
ommune, ſi cum nive miſceatur, illam
oagulet & glaciem, licet æſtatis tempo-
e operatio hæc inſtituatur, efficiat, te-
ante hoc *Renato des Cartes cap. 3. Meteo-
r. p. 166.*

Sic quoque *Glauberus part. 2. Mirac.
und. cap. de uſu Salis* mirabile proponit
l, quod aquas tàm pluviales, quàm
llatitias, imò fontem ▽â ſcaturien-
m obturare, inſuper quoque Vinum,
cetum, Mel, Cereviſiam &c. in ſolidi-
tem glaciei æmulam redigere poſſit.

Et quem, quæſo, latet Opii, divini
às medicamenti in verò & legitimo
u ſi adhibeatur, maxima vis? Hoc
im abuſivè in nimiâ copiâ vel intem-
ſtivè adhibitum Sangvinem Spiritus-
e in corpore humano ita incraſſaſſe &
ngelaſſe, ut ex venâ ſectâ poſt opium
hibitum ne guttula quidem ſangvinis
iverit, ſed ille glaciei inſtar ſteterit ceu
rpeſia cautes, unde ſtuporem, ſuffo-
tionem mortemque ipſam nonnun-
am proveniſſe obſervatum eſt, ſicut
c de re fuſiùs videri poſſunt *Trallia-
s lib. 3. cap. 1. Cardanus lib. 18. d. ſubtili-
t p. 930. Platerus lib. 1. obſerv. Nobiliſſ.*

*D. D. Wedelius lib. 2. Opiologiæ ſect. 3. c.*
*3. & 4.*

*Veneno-rum eroſi-one, exul-ceratione, putrofacti-one nocen-tium Vis.*

De Venenis, eroſione, exulceratı-ne & putrefactione vitam quæ adimu non aliter judicamus, quàm quod rum vis in maximè Spirituosâ, acerri & erodente conſiſtat qualitate & acre ne inteſtinis partim membranoſis, p tim toti corpori omnibusque, parr verò certis viſceribus partibusque mani corporis infensâ, eorumque im lumitatem evertere unicè gaudente.. venenum ad viſcera delatum ead erodit, quam eroſionem ſequitur p pter virulentiam & inflammatione exulceratio, exulcerationem putrefa putrefactionem Mors, unde dicente *biliſſ. D. D. Welſchio cap. 7. Rational. ner. lethal. jud. pag. 195.* viſcera ver extinctorum funeſta ſatis apparere & plurimis ſuſpectis maculis conſpe vel integrè immutata experimur, it aliena planè facies ſit viſcerum omn in iis, qui veneno ſunt extincti, q qui vel morte naturali vel violentâ rierunt.

Humores maximè à venenis rumpi non eſt quòd dubitemus, ſi dem illi qualitate venenoſa, prout ſe habet variè, alterari venenoſa qualitati ſimiles reddi nullum fore

bb

ium exiſtimamus, cùm eorum corru-
tio oculari poſt mortem pateat con-
emplationi.

Cum itaque verè dicatur, quòd
omo homini lupus, imò Diabolus
uandoque eſſe ſoleat, alterque alteri
ariis impiisque modis inſidias ſtruat,
t eum vel lucelli vel odii gratiâ è medio
uovis vetito modo, vel vi, vel aſtu,
àm, aut palàm, tollere queat, hinc va-
a ab impiis ſceleratisque Diaboli man-
piis excogitata ſunt venena, quibus
ediantibus nihil quandoque mali me-
entes ſub perſonâ amicitiæ incautè
ecipiuntur & ex vitâ migrare cogun-
r, cùm & nefanda hæc facinora ami-
rum optimi, imò conjuges perpetras-
teſtantur Exempla, quô de ulteriùs vi-
ri poſſunt *D. D. Amman. Med. Crit.*
*ſ. 60. & 98. Platerus lib. 2. Obſerv. p. 443.*
*alii.* Quapropter in tantâ ſcelerum
undantiâ meritò tàm à Magnatibus,
m horum vitæ præprimis inſidiæ ſtru-
tur, quàm medicis celebrioribus ex-
gitata & inventa ſunt quamplurima
tidota, quibus mediantibus ab ejus-
odi toxicis venenatisque inſidiis ſe
osque præſervare, & ſi quid eorum as-
mpſerint, ne noceant, curare pos-
nt, quibus plerumque baccæ juniperi
nobiliſſimam quam poſſident vim

alexipharmacam additæ ſunt,ſicut ex ſ[illegible]
quentibus patebit.

In hunc finem Magnus ille R[illegible]
Ponti Mithridates nobiliſſimam Mith[illegible]
datii confectionem componere juſſ[illegible]
quam *baccæ Juniperi, ratione Trochiſcarn[illegible]*
*Cypheos* quibus illæ admixtæ ſunt, ingr[illegible]
diuntur.

Sic *Magnus* ille *Pergamenus* Ph[illegible]
macum Veneni Præſervativum deſcri[illegible]
& hôc Nicomedem Regem uſum fui[illegible]
ſi quando eorum, qui illum invitaſſ[illegible]
ſuſpectam habebat fidem, teſtatur *li[illegible]*
*d. Antidol. p.m.1285.*

℞ *Bacc. juniper.* ℨij. *ſigill. lemn.*
*obol.* ij.

Trita exceptaque oleo reponito, p[illegible]
gatur ex hydromelite inſtar nucis a[illegible]
lanæ.

Sic & Antidotum Præſagien[illegible]
dictam, quâ ebibitâ venenum cum [illegible]
ſumtum prorſus reddetur vomitu, [illegible]
jungit. Conſtat ex iisdem ingredie[illegible]
bus ut prius, pondus tamen eorum [illegible]
tatur.

℞ *Terr. lemn. Drach.*.j.*obol.*ij.*Bacc. ju[illegible]*
*peri* ℨii.

Lævigentur exactè cum pauxillo [illegible]
dulcis. Propinetur ex mulsâ n[illegible]
ponticæ magnitudine.

Sequentem prætereaAntidotu[illegible]

V[illegible]

Venena Damocratis ſubjungit *Galenus* *loc. cit.*

℞ *Sanguin. anſerin. teſtudin. marin. anat. hædor.* ãã *ſicc.* ℥ij.
*Myrrh. ſpic. nard.* ãã ʒx. *cinamom.* ʒvj.
*Fol. roſ. ſicc.* ℥j. *junc. odorat. thur. coſt.* ãã ℥j.
*Amom. piper. alb.* ãã ℥iij. *piper. long.* ʒiß.
*Croci* ℥iß. *Caſſ.* ℥j. *Rad. trifol. polii* ãã ʒv.
*Opobalſam.* ℥iij. *petroſel.* ℥ß. *Bacc. juniper.*
*Acori, rhei pont. meu, dictamn. phu; Ammoniac. Thymiamat. fœnicul.* ãã ℥ij.
*Agaric.* ℥iiß. *Rut. ſaxat.* ℥iij. *dauci* ℥ij. *aniſ.*
*Aſar. ammeos, cumin.* ãã ʒiß. *Sem. nap. ſylv.* ℥iij.
*Scord. Cret.* ʒv. *Mell. opt. duplum omnium.*

Detrita omnia, coctoque melle excepta vaſis indito.

Sic oleum Hyperici compoſitum D. Erhardi Ellenbergii deſcribit *Schröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chymic. cap. 27.* quod contra omnia venena vulneraque venenata, quæ vel ferro vel à venenato animali inflicta ſunt valere aſſeritur, ℥ij. Bacc. juniperi clarum.

Quem latent Extracti Bezoart[...]
☉aris *Mynſichti* ſtupendæ virtutes ??
quævis enim fere metallica, animalia
vegetabilia venena feliciſſimo ſucc[...]
exhiberi ſvadet citatus Autor, cujus[...]
ſcriptionem, quæ ℥iv. *bacc. juniperi* ſu[...]
bit, ulterioremque commendatio[...]
*vid. in Armament. Chym. ſect. 3. pag. 588.*

Quemadmodũ recenſita hæc m[...]
camenta omnis generis ferè venena [...]
gere & ab illis præſervare creduntur[...]
ſpecialiter *Juniperus* parteſque ejus[...]
quentibus ſpecificè adverſari ven[...]
dicitur.

1. Ex Vegetabilium Veneno[...]
*Nerium* genere *Rhododaphne ſeu Nerium eſt*, ([...]
manis Oländer & Unholden-Ki[...]
dicitur. Frutex eſt proveniens in Sy[...]
Cretâ, Galliâ & locis circa Gen[...]
aſpectu pulchra, foliis lauri æmulis; [...]
ribus nonnunquam albis, nonnunq[...]
purpureis prædita, fructum fert elo[...]
tum inſtar amygdalarum, qui c[...]
lanuginoſo & cornu repræſentanti i[...]
ſus eſt, teſte *Becchero Parnaſſ. Med.* [...]
*tholog. p. 527. Tabernamontano, Lonic*[...]
aliis. Vires ejus ita *à Galeno lib.* [...]
*ſimpl. med. facult. p. 1098.* proponu[...]
Foris quidem illitus frutex Nerii [...]
rendi vim obtinet, at ſi intra corpu[...]
matur, virulentus homini & pecu[...]

eriſque eſt & *pag. 1105. citat. lib.* Rho-daphne, inquit, totâ ſuâ eſſentiâ ve-num eſt & homini & pleriſque pecori-s. Huic ejuſque umbræ, quæ etiam mines lædere perhibetur, opponitur *niperus*, & quidem umbræ, *ſuffitus ex Ju-pero*, frutici verò ſuccove illius, *baccæ iperi earumque ſuccus*, Autore *Macaſio . 2. Prompt. mater. med. cap. 2.*

Sic II. *ab eodem Autore loco citato Ju-eri baccæ & ſuffitus* contra venenatam alitatem & noxam, quæ homini ab u- & umbrâ *Arboris Taxi* conciliatur, mmendantur. Eſt autem *Taxus Ar-* ſimilis abieti, à quâ tamen altitudine eratur, perpetuò virens, tenuifolia, ccas ferens rubras, magnitudine ervo-n, cortex ejus quoad colorem corti-m cedri æmulatur, tantæ venenatæ alitatis, ut non internus ſolùm ipſius s hominem interimere lethali alvi fluvio, ſed umbra etiam illi nocere eat, præſertim in Galliâ, Arcadiâ, Re-ne Narbonenſi, quæ tantâ cenſentur ulentiâ prædita, ut multos in umbrâ us recumbentes interemerit, quo de ùs videri poteſt Matthiolus *Epit. de nt. p. m. 840.* Provenit illa quoque Germania, ſicuti prope pagũ *Cunizen-*, non procul à *Jenâ* ſito eandem, nos iſſe recordamur, quæ tamen tantæ vi-rulen- *Taxus.*

rulentiæ non eſt, nocere tamen libem
credemus, quàm in nos experiemurr.
*hac Arbore Taxo Toxica* deducuntur
*dicamenta*, quoniam hâc Arbore Vett
ſagittas olim intoxicaſſe teſtantur
*cherus loc. cit. & Lonicerus part. 4. l*
*cap. XX.*

*Lepus Marinus.* Contra *Venena animalium*, è qui
I. prodeat *lepus marinus*, qui peculia
ſecundum *Galenum lib. de Theriac. ad*
*ſon. p. 1272.* pulmones exulcerare dic
ob idque ad venenorum genera rel
proſunt *medicamenta Juniperina, ſicut*
*ca Juniper.* contra leporis marini
nenum adhibetur *à Macaſio loc. citat.*

*Serpens.* II. *Contra ſerpentum morſus ſucc*
*foliis Juniperi expreſſum* ſpecificâ vi
valere aſſerit *Tabernamontanus lib. 3.*
*bar. part. 2. cap. X. & Matthiolus* i
quoque teſtatur *pag. 53. Epit. planta*
liaque ſi bibantur eandem dicit obt
efficaciam.

*Tarantula* III. *Animal veneno* quoque ho
*nocens* eſt *Tarantula*, Veteribus *Pha*
*um* dicta, cujus venenum exiguâ q
titate ex ipſius ore primò quidem i
perficiem, deinde verò in totum c
defertur illudque afficit, variasqu
ſuper & admirandas noxas excita
tamque ipſam quandoque adimit,
*ex Galeni lib. 3. d. loc. affect. cap. V. p*

*lib. 6. cap. V. p. 7. Sennerti lib. 1. Med.*
*act. part. 2. cap. 17. Aldrovand. lib. V. d.*
*fect. cap. 12. Scaligeri exercitat. 185.* vide-
poteſt.

Præprimis rerum naturalium *Cu-*
*ſiſſimus Scrutator Athanaſius Kircherus*
*. 3. Mund. Magnet.* ſingulari diligentiâ
*rantularum venena* eorumque natu-
m deſcribit, curamque per concentum
uſicum ſatis eleganter proponit, ab
oc enim præprimis Tarantularum ve-
na infringi docet experientia.

Quæ autem ſit *ratio, ob quam Vene-*
*Tarantularum tàm varios in corpore hu-*
*ano producant effectus*, meritò conſide-
tione dignum eſt: nonnulli enim à
*rantulâ* demorſi curſitant, nonnulli
ltant, alii tremunt, alii ſudant, alii in-
niunt, quidam plorant, quidam ri-
nt, hi dormiunt, illi vigilant, plerique
rto quodam colore delectantur o-
nesque nullo alio medicamento feli-
ìs, quàm Muſicâ curantur. A quibus *Taranta-*
tem qualitatibus diverſa hæc prove- *larum Ve-*
ant ſymtomata, hæc conjectura vide- *neni qua-*
r veroſimilis: Et primò quidem no- *litas.*
ndum, quod ſicut inter hominum tem-
ramenta & conſtitutiones naturales,
& inter qualitates venenorum *Taran-*
*larum* quædam ſit facienda diverſitas,
licet omne *Tarantularum venenum*

*Volatile*

*Volatile*, *Spirituoſum & potens* ſit, unu
tamen *volatilius*, *potentius & magis Spiri*
*tuoſum* eſſe altero, ſicque partim eoru
acidas, acres partim, partim auſter
partimque ſalſas aliasque obtinere qu
litates, quæ tamen in hoc *Tarantular*
veneno magis, quàm in altero perci
untur; Hinc ſi quis acido, auſtero & ac
bo veneno inficiatur, exinde melanch
liam, luctum, torporem provenire, ſi
tem homo ab acriori, acidiori, volati
ri magisque Spirituoſo veneno lædat
exinde tremorem, ſaltum, riſum, ſu
res, inſaniam ortum ducere arbit
quis poteſt. Cum enim totum corp
hoc veneno afficiatur, à vaporibus
nenatis exſuſcitatis cerebrum Spirit
que animales affici, lædi, conturbari
ritari, à que naturali influxu per ner
impediri, ipſosque nervos vellica
conſtringi veritati conſentaneum
Quod ita ſe habere exemplo Epile
probari poteſt, quâ affecti, ob vellica
nem ſeu conſtrictionem denegatum
Spirituum animalium influxum in n
vos ab acido, auſteris acribusque hu
ribus in corpore genitis excitatisq; e
modi vaporibus, motibus convul
variisque convulſionibus obnoxii ſ
ſicut illud ſatis probant *Fr. de le boë Syl*
*li*

*2. Prax. Med. cap. 10. Paul. Barbette 1. Prax. cap. 1. ut & Deckerus in notis* dem. Cum itaque recenſiti & in corre geniti humores vitioſi & excitati pores tàm atroces & ſtupendas conſiones in Epilepticis excitare valen, imò vaporoſa aſſumta liquida capiti nmunicata mirabiles in ebriis proere effectus, imò mortem ipſam ab ſmodi vaporibus ortam notum ſit, tò magis venenum vaporesque veoſos volatilitate, acredine, acidita-uſteritate & acerbitate ſuâ, quoniam natura hominis conſtitutioni planè erſa eſt, ſupra citata ſymtomata exre poſſibile eſt, ſicut fuſiùs hoc propoſſemus, niſi in aliud tempus id erendum putaremus.

Huic veneno varia opponuntur idota ab Autoribus, inprimis autem *ertus ex Epiphanio Ferdinando* quin remediorum genera experientiâ probata, ut 1. *Vinum ſeu Spir. Vin. unt. Eſſent. Roſmarini*, 3. *Aquam vitæ oſitam*, 4. *Electuarium quoddam, uſicam* proponit *lib. 1. Med. Pract.* 2. *cap. 17.* Prædictæ Aquæ vitæ comtæ *baccæ juniperi* adduntur, & ſic hâc arte quoque ab iis aliquid auxilii andum videtur. Ejus compoſitio lis:

℞ *Flor.*

℞ *Flor. citrangul. ſ. q. lavend. roſ. r*
*borrag.*
*Fol. tener. querc. card. bened.*
*bioſ. acetoſell.*
*Sonch. ſalv. majoran. abſinth. roſm*
*Tuſſilag. ſcorzoner. meliſſ. pimpi*
*Arbut. lenticul. rut.* ãã Miij.
*Cyper. noſtr. Radic. angel. Bacc.*
*juniper.*
*Tormentill. zedoar. cort. citr.* ãã ℥
*Cinamom. caryophill.* ãã ℥ß. Miſ
Deſtillentur inBalneo.

*Cur Muſica Tarantatos curet.*

Quod autem *Muſica Taran* per ſaltationem curet hæc ratio vid probabilis, *Muſicam* nempe ſingul habere efficaciam cor lætificandi, ju ditate ſuâ Spiritus animales & Vi recreandi varieque altera & ſic in homine pro arb vel gaudium, vel mœrorem, iran manſvetudinem, ſicut abundè pr poſſet, niſi brevitas obſtaret, exc quin & mortis metum ſicut in acie r feſtè reprehenditur, depellere ipſ feras & beſtias demulcere, imò i Spiritus Maligni inſultus infringe imminuere.

Cum itaque hos alioſque eff in ſanis corporibus præſtare, ſang alterare, Spiritus recreare aliaſque rationes *Muſica* efficere valeat, ſic

; de his videri poteſt *Rodericus à Caſtro* *Med. Polit. cap.14, 15, & 16.* quidni in *antatis*, in quibus Spiritus animales nfuſi exiſtunt & quibus ab acri venenervi vellicantur & in iis, ut & in mulis omnibusq; corporis partibꝰ pruriexcitatur ſicque corpus ad ſaltation diſponitur, *Muſica* effectum ipſum m nempe ſaltationem excitare valequam deinde totius corporis ſanguique veneno infecti motio, motionem r, calorem pororum apertio, apertion pororum facultatis expultricis irrio, hanc irritationem ſudor, ſudorem eni expulſio ſequitur.

Quòd autem non unâ vice omne enum expellatur, ſed ſaltatio quanue ſæpius reiteranda ſit, id ex venei, firmaque ſanguinis impreſſione & ciliato exinde lentore & viſciditate venire, ut & ictorum robori & temmento adſcribi poſſe conjectura-. Sed de his aliquando, ſi per negoicuerit, plura & clariora dabimus, nicuique liberum de hoc ſentiendi trium relinquimus.

IV. *Contra venenum Bufonis* ſequen- efficacia ſumus experti: Cum enim biennium mulier graminis colli- di ſtudioſa de improviſo à *bufonis ve-* in manu dextrâ læſa eſſet, & unicâ *Obſervatio de Bufonis veneno.*

ſaltem horâ elapsâ ingentem ardo[illegible]
& punctionem in toto ſentiret bra[illegible]
illudque livido ad atrum vergente c[illegible]
re inſignique tumore corriperetur,,
cò præſcripſimus ſequentia:

℞ *Theriac. mithridat.* āā ʒiß.
*Rob Juniperin.* ℥j. *Acet. bezoarca*[illegible]
*Syr. card. bened.* ℥iß. Miſc. S.

**Schweiß- und Gifft- austreib[illegible] Tråncklein auff 3 mahl.**

Externè ℞ ℴℴ *Juniper. ſcorpion.* āā [illegible]
*Antidot. Matthiol. Theriac.* āā [illegible]
*Unguent. roſat.* ℥j. Miſc. D.

**Såblein den vergifften Arm und wohl damit zu ſalben.**

Hiſce adhibitis malum ulterius pr[illegible]
di non potuit, ſed pleniſſimè conva[illegible]

*Mineralium venena.*

*Contra mineralium venena oleu*[illegible] *niperi* maximoperè laudatur à *D.* [illegible] *manno part* VI. *cap.* 4. der Chymi[illegible] Reiß- und Hauß-Apotecen/ubi c[illegible] bus, qui circa metalla & minerali[illegible] rumque effoſſionem, præparation[illegible] ſeparationem occupati ſunt, ut ſum[illegible] Præſervativum commendat.

## CAPUT XVI.

## DE MORBIS VENTRIC[illegible] PER JUNIPERUM DI[illegible] PELLENDIS SOLLICI-TUM EST.

## .VENTRICULI IMBE- CILLITAS.

Qui *Ventriculum Regem* dixit, is non abſurdè locutus videtur, cum no-m ſit, Regio illum munere fungi, dum moniam non reliquis ſolùm corporis rtibus ſubminiſtrat, ſed magnâ etiam in totius corporis alteratione & muta-ne pollet, & teſte *Hippocrate lib. 6. E-dem. ſect. 3.* ejus ſegnities omnium va-rum confuſionem & impuritatem pa-, quapropter Medicus in id unicè ela-ret, ut ventriculi tonum ſartum te-m conſervet, *qualis enim Rex, talis ex*, & languido ac imbecilli exiſtente ntriculo reliqua membra ſingulare ur expectare nequeunt. *Ventriculus Rex.* *Ejus Debilitas.*

Inter alia generoſiora præſidia & ad *iperina* in imbecillitate ventriculi con-ere licet medicamenta, inprimis ſi illa uditate viſcidâ vel pituitosâ, vel acidâ t ſerosâ proveniat appetitusq; vel ex-le vitietur, diminuatur vel aboleatur.

Si itaque humores viſcidi & pitui-abundent & ventriculi ἐνέργειαν de-itent, *Rob juniperinum purgans* ad s evacuandos non erit inconveniens, rimis ſi dicti humores per ſequen-n Mixturam, quam *Grylingius part. de Univerſal. Evacuat. Genere p. 79.* mmendat, ad evacuationem præpa-tur. *Internè.*

 ℞ *Spir.*

℞ *Spir. Citr.* ʒiij. ▽. *menth. c. vin.* ℥i
*Syr. rad. acor.* ℥ß. *Elix. juniper.* ℥
*roſmarin.* ʒj.
*Spir.* ⊖*li* ♂*tis parùm* M. S.

**Kräfftige Magen**Miſtur. Doſ. coch

Si ſeroſi acidique peccent hum
res, tunc non inutile erit Electuari
Hydragogum *Fr. de le Boë Sylvii*, cujus
ſcriptionem exhibet *lib. 1. Prax. m*
*cap. 7.*

℞ *Baccarum Juniper. in aqua coctar.*
*preſſar. & ad pulpæ conſiſtenti*
*redactar.*
*Pulp. Tamarindor.* āā ℥iv.
*Rad. Jalapp.* ℥iß. *Scammon. elect.*
*Cinamom. acut. Sem. fœnic.* āā ʒiij
*Sacchar. clarificat.* ℥x. M. F. l. a.
ctuarium.

Doſ. à ʒiij. ad ℥ß.

InterVentriculum confortantia
dicamenta ab omnibus ferè Pract
*baccas juniperi* locum tenere haud po
mum aſſeritur. Sic *Savanorola Tract.*
*Pract. maj. cap. 13. juniperum. Sennertu*
*5. Inſtitut. part. 1. ſect. 1. cap. 4. baccas J*
*peri, Macaſius lib. poſteriori prompt*
*Mater. med. cap. 9. & Schönbornius ma*
*med. Pract. à p. 124. usque ad 133.* iti
*Juniperi baccas earumque Spiritum, E*
*tiam, Elixir. Rob. Extractum, Oleum*
ſpecificis addunt ſtomachicis.

Sic & primum tenent locum *baccæ* *iperi* in Electuario ſtomachico D. C. *o*d recenſet *Hoffmannus p.54.Theſaur.* *rmacevt.* &

*Gran.Juniper.recent. & pingv. craſſè contuſ.* ℥x.

*q*u. in vaſe duplici cum cœco Alem-*o* cum ſ.q.▽.card. bened. per 2. ho-*,* trajiciantur per ſetaceum & expri-*n*tur, expreſſioni add.

*Sacch.clar fi.at.* ℔ß.

*q*u.iterum ad ſolidi Electuarii conſi-*s*tiam, in fine adde

*Zinzib. elect.* ʒiij.*calam arom.* ʒiiß.

*Maceris* ℈*ii.Cubebar.*ʒj. Miſc.

Sic & Electuario ſuo ſtomachico *gra-* *Juniperi* adduntur à *Mynſicht.ſect. 13. ...ment. Chym. p. 242.*

*Nobiliſſimus & Excellentiſſimus D.D. ...ldus, Reverendiſſimi Sereniſſimique ...cipis ac Domini, Domini AUGU-..., Poſtulati Adminiſtratoris Archiepi-...tus Magdeburgenſis, Ducis Saxoniæ &c. ...iater graviſſimus*, Amico cuidam Vi-... ventriculo imbecilli prædito ſe-...ntem communicavit Spiritum men-...compoſitum, quo optimo ſucceſſu ...nc usque diem matutino & veſper-...utitur tempore:

*Herb.menth.criſp.*℥viij. *meliſ.* ℥iv,

*Rad.zed.*℥iij.*Cort.citr. aurant.*āā ℥iv.

*Bacc.juniper.*℥vi *Cinamom.* ʒß. *SS*
*carv.*℥j.

Conciſ. contuſ. Miſc. Infundantur V
optimo & Spir. Vin. digerantur per
deinde deſtillentur. S. Correct Kraut
münz Waſſer.

Miſtura ſtomachica *Rolfincii* taliſ

℞ *Miſtur.* ⊕l. ♀. *theriac. camphorat*
*Extr. bacc. juniper. acori veri. c*
*bened. pimpinel. zedoar*
*Eſſent. menth.* ãã ʒß. *Syrup. menth.*
*Cinamom.* ℥ij.

Stent in digeſtione, poſt Colaturam v
ne Colatura ſerventur in vitro. S.
gen-Miſtur. *lib.* IV. *Chym. Sect. IV. cap.*

*Tilemannus p. 88. de materia med*
*quens* proponit ſtomachicum:

℞ ▽ *ſtomachal. N. Moſch. Juniper*
*Elix. vitæ min. Quercet.* ãã ʒß.
*mom.* ℥vj.
*Brod. condit. cingib. acor.* ãã ʒß.
*bacc. ſambuc.* ℥ij.
°° *Chamomill. deſt.* gtt iij. *aniſ.*
*fœnic. ſalv. anth.* ãã gtt iij
*Spir* ⊕*li*, ⊖*is* ãã gtt iij. Miſc.

Doſ. cochl. manè.

Morſulos alterantes ſtomachic
quenti modo delineat *B. D. D. Sche*
*ſect.* 4. *Syntagm. præſcrib. med. cap.* 2
℞ *Granor. Junip. cont.* ℥iij. *Rad. acor.*

(

qu. in ▽. menth. & abſinth. per 2. ho-
, in Colatura diſſolv. Sacchar. ℥vi,
de

*Zingiber. alb. cinamom. calam. arom.* ãã ʒij.
*Cubebar. macis.* ãã. ʒj. F. l. a. Morſuli.

hdeant ſinguli ℥ß.

xternè Oleum ſtomachale tale propo- *Externè.*
ur *in Prax. Chymiatr. Hartmanni p. 173.*

*Ol. abſinth.* ℥ß. *caſtor.* ʒij. *menth.* ℥ß.
*maſtichin.* ʒvi. *juniper. N Moſch.* ãã ʒj.
*caryophill.* ʒß. *zedoar.* g̃viij. Miſc.

s inungentur præcordia & tegantur
ta.

Balſamum ſtomachale *Rolfincii* ſe-
ens eſt, deſcriptum *lib. 4. Chym. ſect. V.*
*r. 13.*

*Ol. nuc. moſch expreſſ.* ℥j. *Boli Armen. rubr.*
*Vel Croc. ♂tis cinamomi inſtar obſcurè rubentis q.ſ.*

c. *affuſo Oleo juniperi modico*, adde

*Ambr. gryſ.* ℈ß. *Moſch. oriental.*
ꝏ *deſt. lavend. caryophill. cinamom. majoran. ſuccin.* ãã ℈j. *menth. criſp. macis.* ãã. ℈ß.

F. Balſamum, ſtomachi regioni ap-
icandum.

Ventriculum: confortant & ſacculi ſe-
entes.

*Herb. menth. abſinth.* ãã Mj.
*Flor. chamomill. aneth. roſar.* ãã pij.

*Bacc. juniper.* ℥iv. *Sem. aniſ. fœnic.*, c
*min.* āā ℥ij.
*Rad. acor. caryophillat.* āā ʒiij.

Conciſ. contuſ. D. ad 2. Sacculos, Coq in vino & alternatim calidè ventricu imponantur.

## II. NAUSEA, SINGULTU ET VOMITUS.

SIcut univerſa hominis natura in unicè elaborat, ut omnia ſibi advee è corpore protrudat & ableget, ita ve triculus quoque ea quæ ipſi inimica ſu & moleſta in orificio ſuperiori perſing tum, reliqua per *nauſeam* egerere co tur. Hic conatus ſi in actum deduc tur dicitur *Vomitus*. Hic duplici contingit, vel *Symptomaticè* vel *Criti* *Vomitus Criticus* temerè ſiſtendus non *Symptomaticus* verò medicamentis id neis juſto tempore, nec nimis citò, n nimis ſerò inhibendus.

*Singultus* In hisce omnibus & *juniperina* cellunt medicamenta. Sic ad ſingult compeſcendum internè tale compo tum ordinavit *Timæus* à Güldenkl *lib. 3 Caſ. med. p. 101.*

℞ ▽*æ Stomachal. vræ.* ℥iv. *Cinamom.*
℥ij.
*Spir. baccar. juniper. calam. aromat.*
℥ß.
*Rotul. man. Chriſti.* ℥ij. Miſc.

Ext

Externè ad ſingultum ſequens com̃en-
at Cataplaſma, ut ſingulare experi-
entum, *Mynſicht. ſect. 37. Armament.*
*ym. p. 521.*

*Ferment,* ℥iij, *Bacc. junip. roſ. rubr.*
*menth.* ā̄ā ℥j.
*Caryophill. N. Moſch. maceris* ā̄ā ʒß.
℅ *cumin. carv.* ā̄ā ℈ß. *acet. vini, q. ſ.*

iſc. F. Cataplaſma.

*Quercetanus* in vomitu Antidotum ſto- *Vomitus.*
achicam majorem extollit *cap. 23. Phar-*
*acop. dogmat. reſtitut. p. 770.*

*Extract. ſtomach. minor.* ℥ij, *tunicar.*
*ventric. gallin. bacc. juniper.*
*Myrabolan. omnium* ā̄ā ʒß.
*Roſat. novell* ℥j. ℅ *deſt. N. Moſch.* ʒß.
*caryophill cort. citr.* ā̄ā ℈j.

m Syrupo Corallor. F. Antidotus.

Miſturam contra vomitum exper-
ſimam ſequentem damus:

∇. *menth. lavend.* ā̄ā *cum vino deſtill.*
℥ij.
*Spir. cinamom. juniper.* ā̄ā ʒj.
*Eſſent. zedoar. caſtor.* ā̄ā ʒß. *anodyn.*
ʒij.
*Syr. cinamom.* ℥iß. *Tinct. roſar.* ℥iij.

iſc. omnia. S. Miſtur wieder das
rechen.

Ad *Vomitum* qui in febribus mali- *Vomitus in*
is & peſte contingere operationesque *peſte & fe-*
edicamentorum aſſumtorum, quoni- *bribus ma-*
*lignis.*

 am

am per vomitum illa illicò iterum ejii- untur, impedire ſolet, adhibet ſeque- tem Sacculum *D.* Starck *tractat. de* ſte *pag. 60.*

℞ *Lupul.* Miij. *Bacc. juniper. Hde menth.* ãã Mj.

Conciſ. contuſ. coqu. in ſ. q. Vini &: a te poſtque aſſumtionem medicamen rum regioni ventriculi imponantur.

*Vomitus ex hypercatharſi.* Ad *Vomitum* ut & ventris nimii fluxum *ab hypercatharſi ortum* ſequen commendat Pilulas *Savanorola tract. Pract. maj. cap. 16. p. 102.*

℞ *Bdell. ſandarac. Ar. thur. opii myrr croci* ãã qv.

F. Pilulæ ſicut ciceres. Da à duabus; que ad quatuor in ſero.

*Hæmoptyſis.* Ad *Hæmoptyſin* ſeu Vomitum ſ guinolentum idem commendat Au ſequentia *cap. 13. dicti libri p. 163.*

℞ *Corall. rubr.* ℥v. *maſtich.* ℥ß. *caryop* ℈ij.

*Moſch.* g̃j. *ſangu. dracon. Terr. ſ* aa ℥ij.

Confice cum Syrupo ex piris pomiſ ſylveſtribus ut & ex cidoniis, menth agreſtâ parato.

Vel.

℞ *Sangu. dracon. vernicis, lap. ha tit.* ãã ℥ij.

*Bol. Armen. Terr. ſigillat.* ãã ℥j. Pu riſentur.

Pe

teſt etiam hæc compoſitio cum ſucci
nogloſſæ ℥vi & ▽æ decoctionis radic.
undinis q. ſ. miſceri & ad ℥ij. pro vice
hiberi.

Externè *in omni Vomitu* ſingularis
icaciæ obſervavimus ſequens Oleum:

*Herb.abſinth.menth.aneth.* āā Mj.
*Fol.myrth.* piij.*Bacc.laur.*℥j.*Juniper.*
℥ijß.

roſsè hæc omnia inciſa & contuſa in-
nd. in ſ. q. Olei omphacin. Digeran-
r ad ☉em ♀♂ 3. poſteà coquantur &
lentur. Colaturæ adde

☍ *deſt. acor.menth.*āā ʒiiß.*Junip.*ʒß.
*maſtich. zedoar.* āā ʒiß. Miſc. S.

uſſerlich Magen-Oel.

Oleum hoc non in vomitu ſolùm,
d torminibus etiam ventris, Colicâ,
yſenteriâ, uterinis accidentibus offici-
m feliciter ſæpe præſtitiſſe vidimus.

Hæc medicamenta nauſeam quo- *Nauſea.*
ue feliciter tollunt, præmiſſis inprimis
omitoriis idoneis, utpote, quæ mate-
am peccantem ex ventriculo fortuna-
ſucceſſu evacuare ſolent, teſtante id
xperientiâ.

## III. FAMES NIMIA.

DE Eriſichtone narrat *Ovidius lib. 8. Metamoorph. fabul.* 15. quod viſcera i-
ſius à fame occupata ſatiari non po-
uerint, deque illo ita fabulatur:

--*Fue-*

-- -- -- *Furit ardor edendi*
*Perque avidas fauces, immenſaque viſcer[a]*
*regnat*
*Nec mora, quod pontus, quod terra, qu[od]*
*educat aër*
*Poſcit & appoſitis queritur jejunia menſis*
*Inque epulis epulas quærit, quodque urbi[bus]*
*eſſe*
*Quodque ſatis populo poterat non ſufficit u[ni]*
*Plusque capit, quo plura ſuam demittit [in]*
*alvum &c.*

Idem in appetitu nimio quand[o]que dicere vix abſurdum eſſet, cum ta[n]ta ciborum interdum adſit appetenti[a], ut illa nullis propemodum epulis ſatia[ri] poſſit, qui affectus *Bulimus*, & *Can[ina]* *Appetentia* dicitur.

**Bulimus, Canina appetentia potius.**

Differunt autem *Bulimus & App[e]tentia Canina* eatenus quatenus *Bulim[us]* fermentatio eſt ventriculi aucta, ſi[ne] tamen vomitu vel diarrhœa, *Canina A[p]petentia* verò cum vomitu & diarrhœa, [à] humoribus utraq; melancholicis vel acriori ſucco pancreatio, vel à ciboru[m] medicamentorum acriorum aſſumtio[ne] aucta & excitata, quo de ulteriùs v[id.] *Prax. Barbett. lib. 4. cap. 1. Sennert. Pra[x.] Med. lib. 3. part. 1. ſect. 2. cap. 2.*

**Interna.**

Huic malo tanquam ſpecificu[m] opponitur *oleum deſtillatum Juniper[i]* *D. Deckero, in notis ad Prax. Barbett. l[ib.]* *cit. p. 122.*

Sequens in hoc affectu deprædi-
t *Fr. de le Boë Sylvius lib. 1. Prax. Med.*
*p. 2.*

℞ *☉ macis ſtillat. granor. juniper.* ãã ℈j.
iſc. in vitro Doſ. gtt. ij. vel 3. in vehi-
lo convenienti.

Convenit quoque ſequens Miſtu-
, quâ in nimiâ appetentiâ à Spiritus
li nimio uſu excitatâ, uſi ſumus:

*Spir. menth. juniper.* ãã ℥iß.
*Rob. Juniper. Syr. cinamom.* ãã ℥iij.
*Eſſent. anodyn.* ʒß. Miſce. S.
Magen Miſtur. Doſ. cochl. 1.

## CAPUT XVII.

## SUM JUNIPERI IN MORBIS INTESTINORUM EXPLORAT.

## I. DE VERMIBUS.

Quemadmodum μακρόκοσμος variis vermium generibus repletus eſt, quoque homo μικρόκοσμος & hâc in te illi cedere non vult, ſed in variis, oh dolor! humani corporis partibus, *mes*, inprimis inteſtinis inveniuntur, iorum, Autores malorum, quorum dantur genera. Primi dicuntur *mbrici teretes*, lumbricis terreſtribus iles, pueris præcipuè, hinc tamen & ltis ſæpe familiares. Secundi ap- antur *Lati*, à latâ ipſorum formâ. Sic *Mo-* *Lumbrici teretes.* *Lati vermes.*

*Nobiliſſimus D. D. Febr, Argonautaa* *Præſes noſter meritiſſimus pag. 125. ſub ſ* *ʒii hier. picr.* portionem lumbrici l quæ in ſex ferè ulnarum longitudin extendi poterat, depictam offert. T
*Aſcarides.* tii vocantur *Aſcarides* qui teretes, te es & breves ſunt vermibusque caſeii tridi non abſimiles. Omnes hi ge rantur in inteſtinis, quæ terræ inſtar dicente *Bartholino lib. 1. Anat. reſf* *cap. X.* ex quâ meſaraicæ ſanguinem hunt & lacteæ chylum ſugunt, ſicut que in terrâ *μακροκόσμȣ*, ita & in terrâ *μικροκόσμȣ* vermes frequen ob humorum abundantiam, qui fa ibidem corruptionem & putredi concipere poſſunt, conſpiciuntur, l Juniperina medicamenta non ſc prohibere ſicque generationem ve um impedire, verùm etiam vermes g tas extirpare valent.

Sic Cereviſiam cum *Juniperis* tuſis conditam vermes enecare, in *Colerus lib 18 Oeconomiæ cap. CXI.*

*Internè* Opiatam Salomonis *D. Joan* *grana juniperi* quoque ingrediuntu ad Vermes enecandos prædicatur cax *ab Uffenbach. lib. 3. Antidot. ſe* *cap. 9.*

Eſſentia ad Vermes nobis in quenti uſu eſt ſequens:

℞ I

*Herb. abroton. ſcord. tanacet.* āā Mj.
*Rad. diptamn. filic. zedoar.* āā ℥ß.
*Flor. cent. min.* Mj. *perſicor.* pii. *muſc. corallin.* ℥iß.
*Sem. ſantonic. coriandr.* āā. ʒvi. *Bacc. juni. per.* ℥ij.
*Myrrh. opt. theriac. Andr.* āā ℥ß.

onciſ. contuſ. infund. in ſ. q. Spir. Juni-
ri rectific. Tinctum quod eſt ſepare-
r, novus Spiritus affundatur, conjun-
s liquoribus adde

*Spir. C.C. ⊖e volat. impregnat.* ℥ij.

iſc. S. Eſſentz wieder die Würme.

Hanc Eſſentiam optimo ſucceſſu *Obſervatio.*
c in loco adhibuimus in muliere 41.
norum die Pabſtin dictæ, quæ cum
torminibus ventris quereretur *Rob.*
*niperinum* purgans ei ad ℥ß. exhibui-
us, unde aliquot vermes teretes exie-
, quapropter ad ulteriorem vermium
pulſionem hanc aliis medicamentis
didimus Eſſentiam, qua cum per tri-
um uſa eſſet, lumbricum, hâc longitu-
e & latitudine, ſicut hîc depictus cer-
ur excluſit, qui in capite cornu mem-
naceum, in ore lapillum album ervi
gnitudine, habebat, in maximam
gitudinem extendi poterat, unde ad
*mbritos latos* illum pertinere arbitra-
r. A faſcinatione ortum illum autu-
mabat

mabat mulier & ab hâc ſuâ ſentent
nullis verbis deduci poterat, propter
in noſtrâ præſentiâ flammis eum trac
bat, & ab illâ ipſum impetrare nullis p
tuimus precibus.

## II COLICA.

Inteſtinum Colon nonnulli à Græ
co verbo κολάζεσθαι derivari volunt
nam illud *torquere* ſignificat, quonia
*Colica.* in illo tormina fiunt colica, ſicut loq
tut *Bartholinus lib.1. Anatom. reform.* c
*XI.* & noſtrâ quidem ſententiâ non imp
ritè: Tormina enim colica à doloribus
qui à Tortura proveniunt, non ſuper
putamus, quoniam illa tanta tam
atrocia ſunt, ut & vitam ſibi nonnul
ex impatientiâ ademiſſe teſtetur *ex*
*2. Galeni de compoſ. med. ſecund. loc.*
*nertus lib. 3. med. Pract. 2. ſect. 2. cap. 2*

*Interna.* In tantis hiſce doloribus ſolati
& auxilium præbent ex *Junipero pra*
*rata medicamenta.* Inprimis verò Cly
res, quoniam hi ad ipſum locum a
ctum penetrare & materiam peccant
ſive ab humoribus vitioſis ſive à va
ribus, excrementis induratis, vermi
aut aliâ re gravi dolorem excitante o
tur, educere aut profligare optimè
lent.

*B. D. D. Rolfincius lib. VII. Conſu*
talem proponit Clyſterem:

℞

*Fol. origan. rut. veronic.* ā̄ā Mi.
*Flor. chamæmel. meliſot.* Mß. *Bacc. laur. juniper.* ā̄ā ℥ß.
[C]oqu. in ▽â ſimplici, Colaturæ ℔j. adde
*Elect. hier. picr. ſimpl. diaphœnic.* ā̄ā ℥ß. *d. bacc. laur.* ℥iij.
*ol. aneth rutacei.* ā̄ā ℥iß. M.F. Clyſter.
Ejusmodi Clyſterem quoque tradit [Ha]*rtmannus* [?] *ſynſichtius ſect. 22. Armament. Chym. p.* [?]8. & ſimilem huic *Sennertus* proponit [l.] 3. *Med. Pract. part. 2. ſect. 2. cap. 2.* ubi [ſ]equens commendat Vinum medica[tu]m:

*Rad. fœnic. acor. ver. helen. imperator.* ā̄ā ℥ß.
*Abſinth.* ℨv. *calaminth. origan. roſmarin.*
*Fl. chamomill. ſambuc.* ā̄ā ℨij. *Cort. citr. aurant.* ā̄ā ℥iij.
*Sem. fœnic. carv.* ā̄ā ℨij.
*Bacc. laur. juniper.* ā̄ā ℨiij. *Fol. ſenn. el.* ℥iß.
*Agaric. trochiſcat.* ℥ß. *Turbith* ℨij.
[I]nquaſſatis affund. Vini q.ſ. Bibat de [hoc] æger hauſtum.
Ventriculi & inteſtinorum remedi[um] anodynum appellat Aquam hanc [con]tra Colicam *Quercetanus Pharmacop. [dog]mat. reſtit. cap. 7.*

*▽æ ex flor. nuc. & chamomill. parat.* ā̄ā ℔.iv.

His mixtis infunde flor. chamom & ſambuci āā p. VI. per triduum. Il inde fiat expreſſio & Colatura, cui rur eandem quantitatem dictor. flor. inf de, denuò colentur & fortiter prælo primantur, expreſſioni adde

*Sem. fœnic. aniſ.* āā ℥j. *Bacc. laur.*
*Gran. Juniper.* ℥ij. *Cinamom. elect.*
*Menth. ſicc.* Mj.

Stent in infuſione in Bal. Mar. per 2. d deinde deſtillentur per cineres. Doſſ. ℥ij. ad tres.

Ejusmodi aquam Carminati *Baccis juniperi*quoque exornatam de bit *Schrōderus lib. 2. Pharmacop.* *Chym. cap. 38. & Mynſicht. ſect. 19. Ar ment. Chym. p. 315.*

Extractum Carminativum *Qu tani* magnarum certè virium viderі teſt *cap. 26. citat. lib.* ℔ß. *Baccar niperi clarum.* Sic nec Extracto Spec Colico deeſſe voluit *Baccas Jun Mynſichtus* ſed illi *ad* ℥iij. *easdem* add *ſect. 3. Armament. Chym. & Empb Carminativo tàm Oleum Juniperi ad quàm Gummi Juniperinum ad* ℥j. ad git, unde præſtantia *medicamentoru Junipero paratorum* facilè colligi pot

Sequens Elixir *à Nobiliſſimo Siebold. Archiatro Hallenſi* Amico cui communicatum eſt, quod in colicâ

min

nibus ventris aliis, nauſeâ, vomitu, rrhœâ, dyſenteriâ aliisque inteſtinon morbis, in hyſtericis affectibus offim ſæpe feliciter præſtitit:

*Spir. Juniper.* ℔iij. *Bacc. ſambuc.* ℔j.
adde in vaſe vitreo *Rob Juniper.* ℔j.
*Zedoar.* ℥ii. *Cinamom.* ℥j. *Cort. aurant.* ℥iv.
*Pom. aurant. num.* iij.

erantur omnia per 14. dies in leni re, Colentur, ſerventur ad uſum. cochl. ſem. ad j.

Grülingius *lib. 3. Med. Pract. part.* quentia proponit:

▽. *ſtomachal. N. Moſch. Juniperin. Elix. vit. min. Querc.* āā ℥ß. *Cinamom.* ʒvi.
*Brod. condit. zinzib. rad. acor.* āā ℥ß.
○○ *deſt. chamomill.* gtt. iij. *aniſ.* gtt. iv. *origan. ſalv. anth.* āā gtt. ij.
*Spir. bacc. ſambuc.* ʒij. ⊖*is*, ⊕*li* āā gtt. iij.

. Doſ. cochlear. 1. manè.

Vel

▽æ *Theriacal.* ℥ß. *chamomill.* ℥ijß.
*Spir. juniper.* gtt. x. ♀i gtt. vi.

- pro unâ vice.

Præclarè quoque Eſſentia Carmiva noſtra in hoc aliisque à flatibus

oriundis affectibus officio ſuo fungi[...] cujus compoſitio talis:

℞ *Spir. Juniper. maximè rectiſſ[...]*
℥VIII. *carvi, cinamom.* āā ℥[...]
*°° deſt. juniper. menth. chamoe[...]*
*carv.* āā ʒj.

Mixta circulentur tàm diu calore [...] donec olea à Spiritibus planè abſorb[...] tur eorumque veſtigia amplius non [...] parent, poſteà ſervetur ad uſum. [...] ℈j. ad ʒß.

*Externa* Externè ſequentem Fotum in [...] credibili dolore colico, ob materia[...] inteſtinis ſolidam & in lapideam [...] duritiem concretam ad hanc emol[...] dam & exturbandam, adhibuiſſe ho[...] adhibito & reiterato ægrum mate[...] lapilloſam excreviſſe omnemque [...] rem ceſſaſſe teſtatur *Poterius Cent[...] Obſervat Curat. 83.*

℞ *Bacc. laur. juniper. Sem. fœn. lin.* āā pjj.
*Herb. malv. praſſ. alb. parietar. [...] menth. origan. puleg. men[...]*
*Flor. chamomill.* āā Mj. *m[...] ſtœchad.*
*Sem. aniſ. fœnic.* āā pj. Miſc.

Paretur Decoct. cum ſ. q. ▽æ &[...] pro Fotu.

Vel

℞ *Balſ. d. Peru* ʒj. *Unguc. alth. com[...]*

℅ *deſt. juniper.* ℥ß. *menth. carv.* ā ā
℈j. *ſuccin.* ℈ß. Miſc. omnia
S. Sälblein wieder das Reiſſen.

## . DIARRHOEA ET DYSENTERIA.

Ureum eſt dictum illius Poëtæ & veritati conſentaneum
---πάντων μέτρον ἐςὶν ἄριςον,
od Horatius *lib. 1. Sermon. Satyr. 1.* ita
mano reddidit ſermone:
*Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines,*
*Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.*

rum certè dictum, probatione vix
ns. Exempli tamen loco ſint Ex-
ta & Retenta. Hæc, ſi mediocritatis
ulam non excedant, ſanitatem homi-
maximè confirmant, ſi tamen excer-
da plus æquo diutiùs retineantur,
retinenda nimiùm quantum excer-
tur, actum eſt de hominis ſanitate
fectâ: Quis enim neſcit quantam in-
t homini noxam *Diarrhœa*, & quem
t quale detrimentum mortales pati-
ur à *Dyſenteria*? tale videlicet, quod
uamplurimis nunquam iterum re-
ari poteſt, cum nempe eroſis planè à
*enteriâ* inteſtinis incomparabilis vitæ

Theſaurus per ſubſequentem morr
infertur.

*Diar-rhœa.* Quamvis verò *Diarrhœa* quo
alvi profluvium, docente *Sebizio parr*
*Spec. Med. Pract. ſect. 2. cap. 15.* ex c
cunque cauſa ortum, cum vel ſine fe
aut dolore, criticè vel ſymptomatic
ctum denotet, nos tamen cum illo
cialiter de illâ jam agimus diarrh
quæ absque inteſtinorum exulcerati
& ſine vehementi doloris ſenſu co
git, & in quâ humores ſimplices vel
ti præter alimentum & ſanguinem
cuantur.

Cauſas habet *Diarrhœa* vari
ratione harum varias ſortitur app
tiones, de quibus omnibus autem
tractare noſtri non eſt inſtituti.

*Interna.* Omni *Diarrhœæ*, in quâ hum
peccantes evacuandi, *Rob Juniper*
ſatisfacit, poteſt tamen inſuper ſpec
exaltari purgantibus, qualia hu
peccanti convenient.

In *Diarrhœa* tàm biliosa, quà
roſa ſerum per Urinas ac Sudores e
re & minuere *Autor eſt Fr. de le Boë S*
*lib. 1. Prax. Med. cap. 13.* Decoct
quenti:

℞ *Rad. apii, petaſidit.* āā ℥j. *Raſur*
*Juniper.*
*Sem. milii* āā ℥iij.

…qu. ſ. a. ex aquâ purâ. In Colaturæ …xx. diſſolv.

*Syr. de 5. rad.* ℥iv. *Spir.* ⊖*is dulc.* ℈j.
Miſce.

…piat bis terve in die hauſtum, ſi …n abhorreat æger, calentem & inpri…s ſummo manè in lecto, unde prodibit …ilius ſudor, ſin minus urina copioſior, …que pedetentim conſumetur ſerum …nesque humores reddentur puriores …meliores.

Si *Diarrhœa* ob virium lapſum …enda videatur, tunc non inconveni…s erit ſequens Electuarium:

*Conſerv. roſ. rubr. antiqu. rad. tormentill.* ãã ℥j.
*Rob juniper.* ʒvi. *Spec. diarrhod. Abbat.* ʒj.
*Croc.* ♂*is adſtr.* ʒijß. *Ter. ſigill.*
*Bol. Armen. corall. rubr. præparat.* ãã ℈ij.
*Pulv. N. Moſch.* ʒj. *Syr. myrtin.* q. ſ.

…c. F. Electuar. S. Anhaltender …ärck-Zucker.

Externè poterit adhiberi Empla… Externa.
…um Stypticum *Mynſichti. Gumm. Juni…* ℥ij. nobilitatum, deſcriptum *ſect.* 36. …*rmament. Chym.* p. 507. Sic & *Oleum ex …mmi Juniperino* paratum cum oleo …urisdeſt. albumine ovorum mixtum & …ernè adhibitum ad omnes fluxus

ventris commendat *Conrad Kunrath. tract.* *20. medull. deſtill.* 427.

*Diarrhœa ex hypercatharſi.* *In Hypercatharſi* ſeu *Diarrhœa à medicamento purgante excitata* ſequens proponit *Tilemannus p 65. de materia medica*

℞ *Pulv. Sandarac, Arab.* ℥ß. *Thur.* ʒij. *Album. ovor.* q. ſ. F. Emplaſtrum

*Dyſenteria.* In *Dyſenteria* tàm præſervativè quàm curativè adhibetur *Juniperus.* Sic tempore Dyſenteriæ Amicis ſuis Vinum medicatum ſequens ſe præſcripſiſſe teſtatur Hildanus *lib. de Dyſenteriâ cap. 21.*

*Præſervativè.* ℞ *Herb. abſinth. card. bened. ſcord. utriusque, veronic. menth. Flor. rubr.* ââ Mij.

*Cort. citr. Rad. angel. Bacc. juniper. cinamom.* ââ ℥j.

Incidantur & conquaſſentur omnia, poſtea in doliolo, quod 12. aut 16. menſuras contineat collocetur vinoque impleatur. Doſ. adulto ſcyphus 1. vel 2. junioribus cochlearia 2 aut 3.

Inter medicamenta Anti-dyſenterica prophylactica *Extractum Granorum Juniperi* refertur à *Grylingio lib. 3. med. Pr. part. 2. cap. 1.*

*Curativè. Internè.* Curativè adhibentur medicamenta *Juniperina* tàm internè quam externè. Sic ſequens Clyſter præſentaneam in Dyſenteria, nuperrimo Autumno graſſante, tàm in adultis quàm junioribus op

æſtitit, Viſenæ infantem 3. dierum ſe-
iſſimè reſtituit, morbumque pauco
erum ſpatio in plurimis aliis, in prin-
pio ſtatim qui illum uſurparunt, ſuſtulit
profligavit:

*Herb. malv. alth.* ãã Mij.
*Flor. chamomill. Bacc. juniper.* ãã Mj.

oncif. contuſ. coqu. in ſ.q. ▽æ commu-
vel ſeri lactis, Colaturæ ℔j add.

*ol. roſ. aneth. amygd. dulc.* ãã ℥ß.

iſc. F. Clyſter, qui tepidè applicetur.

Electuarium ſupra deſcriptum &
ic quoque facit fluxumque Dyſenteri-
m præmiſſis præmittendis egregiè &
tò ſiſtit.

Externè ad tormina compeſcen- *Externè.*
a ſequens concinnare Balſamum ſua-
et *Rolfincius lib. 7. Conſultat. 1.*

*ol. nuc. moſchat. expreſſ.* ℥ß.
*Gumm. aſphaltit. nigr. minutiſſimè pulveriſat. q. ſ. ad colorem nigrum.*

ent per noctem. Miſceantur.

*Ambr. gryſ.* gr. ij. *moſch. orient.* gr vj.
*ol. deſt. lavend. caryophill. cinamom. menth. majoran* ãã gr. vj. *ſuccin.* ℈ß. *juniper.* ℈ß. Miſce

. F. Balſamum.

Hæc tria olea invicem mixta tor-
ina: cum admirando ſucceſſu mitiga-
nt.

℞ ♁ *deſt. menth. juniper, carv.* ãã. q. ſ.
Miſc. S. Euſerlich Oel wieder die
Reiſſen.

*Ani exitus à Dyſenteria.* In diuturno exitu ani à Dyſenteria ortô os ſacrum & coccygis ſequenti D[...] coctô fovere *Autor eſt Fabric. Hildan[...] lib. de Dyſenter. cap* 13.

℞ *Fol. & flor. beton. primul. ver. hyperic. ſa[...] roſmarin. majoran. roſ. rubr.* [...]
*Bacc. Juniper* ããMj. *Alumin. roch.* ʒ[...]
Inciſ. & contuſ. indantur ſacculo, qui i[...] terſutus coquatur in vino & applicet[...] calidus ter vel quater in die.

## IV. HAEMORRHOIDUM VITIA

HÆmorrhoides venæ ſunt, quæ in a[...] vel rectô inteſtino ſitæ ſunt & extr[...] ſecus etiam conſpiciuntur, quæ in n[...] nullis viris ſtatis temporibus, ſpo[...] aperiuntur & ſanguinis craſſioris fit E[...] cuatio, multùm conducens ſanitati. I[...] plices ſunt hæ venæ, vel internæ, q[...] à venâ portæ, aliæ externæ, quæ à v[...] cavâ oriuntur. *Barthol. lib. 1. de v[...] cap. 4.*

*Mulieres an hæmorrhoidum fluxui ob noxiæ?* Quæri hîc poſſet an fœminæ flux[...] patiantur hæmorrhoidum & reſpond[...] quod ſic. Nota enim nobis fuit mu[...] quæ eodem tempore, quo lunare tri[...] tum reddebat, & fluxum ſemper [...]
m[...]

orrhoidum unà experiebatur, quod
uidem rariſſimum eſt, cum pleræque eâ
tate, quâ menſes lunare debitum ritè
erſolvunt, hæmorrhoides fluentes non
ntiant, denegato autem menſium flu-
i & in aliis quibusdam naturam per
aſa hæmorrhoidalia ſanguinem quan-
tate moleſtum evacuaſſe novimus.

Fluxus hæmorrhoidum modera-
is ſanitati amicus eſt & à multis præſer-
it liberatque morbis, immoderatus
erò, diuturnus, ſuppreſſus in aſſvetis,
*ſte Galeno lib. 3. de natural. facult. cap. 8.*
*Aetio.tetrab.4. ſerm. 2.cap.3.* non diver-
s ſolùm morbos generat, ſed ipſam
iam mortem accelerare quandoue
let.

In nimio hæmorrhoidum fluxu *Nimiꝰ hæmorrhoidum fluxꝰ.*
*mmi Juniperinum* albumine ovorum ſo-
tum & externè applicatum ſingulare
uid præſtare inquit *Conrad Kunraht*, &
*rnicem liquidum*, ex eodem gummate
ui paratur, idem præſtare doloremque
emorrhoidum ſiſtere teſtatur *idem Tra-*
*at. 20. Medull. deſtill. p. 426.*

Sequens ad nimium hæmorrhoi-
um fluxum commendat *Savanorola*
*ract. 6. Pract. maj. cap. 17.*

*Scoriar. ferr. Sem. porr. ammeos, āā* ℈j.
*Carabe* ℈iß *Myrabolan. citr.* ʒj. *Sanda-*
*rac. Ar.* *Cort.*

*Cort.ovor.* ãã ʒß *Bdell.* ʒij. *Cucurb. dust.* ʒiij.

Confice cum Syr.roſ. & ex conſimilib
compone.

*Hæmor-rhoidum dolor.* In Dolore Hæmorrhoidum ſequente præſcribit Pulverem *idem Autor loco jaa citato.*

℞ *Sem. lini* ʒij. *nigell.* ʒj. *Gum. Bdell.* ʒʃi *Thur.*
*Cyperi, ammeos* ãã ℈j *Sandarac. Ar.*

Terantur & dentur in potu ʒiv.

*Hæmor-rhoidum obſtructio.* In Hæmorrhoidum obſtructio hucque proveniente mictione ſangu nis & contracturâ membrorum ſeque adhibuit Oleum *Fabric. Hildanus Cent. obſervat. xi.*

℞ *Ol. lumbric. vulpin. coſtin.* ãã ℥j. *ju per. deſt.* ʒij. *Spir. Vin.* ʒj. Mi
& bis in die locum affectum inun

Caput XVIII.

## DE AFFECTIBUS HEPATI ET PRÆSTANTIA JUNI-PERI IN IISDEM DIS-SERIT.

### I. HEPATIS OBSTRUCT ET CACHEXIA.

AD arma! ad arma! hoſtes in urbe ſu Hac olim formulâ populum Ro num exclamaſſe imminente grav periculo militesq; ut arma caperent ſtatur Clariſſimus *M. Frider. Hildeb*

*…us, Lycei Northuſani olim, jam verò Gym-naſii Martisburgici Rector celeberrimus in Compend. Antiquitat. Roman. p. 327.* Meritò in Epati obſtructione ad arma confugiendum eſt medica & illar non negligenda, armis hic opus eſt, quibus hoſtis ex ſanguificationis hâc officinâ ejiciatur, qui defixum ibidem acquirat locum& poſteà ægrè iterum expelli queat; Cum maxima obſtructionem hepatis ſubſequi ſoleant pericula, quid enim boni ſperandum, ſi ipſi vitæ alimento nectareo liber denegetur aditus? Maturanda itaque eſt Curatio & partes hepatis obſtructæ reſerandæ ſunt, cumque *Junipero ejusque partibus* ſingularis obſtructiones aperiendi inſit efficacia, ideò & hîc auxilium ejus implorandum. Sic ad Hepatis tàm obſtructionem quàm alios affectus ſequens commendat *Galenus lib. 8. de compoſ. med. ſecund. loc. p. 1257.*

*Hepatis obſtructio.*

℞ *Rad. gentian. chamæpitid. marrub.*
*Sem. petroſel. ſinap. cucumer. braſ. eruc. frax. ceſtr. dauc.*
*Fell. urſi, ſcolopendr. panac. rubric. ſinopic.*
*Rub. ariſtoloch. long. piper. alb. ſpic. nard.*
*Coſt. eryngii, Bacc. Juniper. chamædr.*
*Dictamni* āā ℥j. *Mell. Attici q. ſ.* Conficito.

…oſ. nuc. magnitudine. Gry-

Grylingius *lib. 3. med. Pract. part. 3. c.*
*1.* ſequentem tradit Pulverem:

℞ ⊖ *commun. ſubtil. pulveriſ.* ℥ß *Jun*
*per.* ℨiij ☿*i* ℨij.
*Cichor.* ℨijß *card. bened.* ℥ß.
☿*i* ⊕ *lat.* ℈ij. Miſce Doſ. à ℈i ad ℨß.

*Cachexia.* Ad cachexiam corrigendam ſ
quentem Tincturam ordinavit *Timae*
*à* Gülden-Klee *lib. 3. Caſ. med. p. 137.*

℞ *Spec. Trochiſc. d. abſinth. d. eupator.*
*rhabarb. d. roſ.* āā ℨij.
*Hepat. lupi. praep.* ℨvi.
*Species diarrhod. Abb. aromat. roſ.*
ℨiij.

Subtiliſſimè pulveriſatis affunde *Sp*
*Bacc. Juniper.* ad eminent. 4. digitoru
ſtent in digeſtione. Bal Mar. per dies
liquor ad dimidium abſtrahatur, re
quum ſervetur ad uſum.

Sequentem Miſturam non inut
ter in Epatis & Lienis obſtructionib
adhibemus:

℞ *Spir. aperitiv. Penot.* ℨj. *Tinct.* ♂*tis ap*
℥ß.
*Eſſent. juniper* abſinth, ℨiß.

M. D. S. Deſnende Leber/oder Miltz/Miſ
Doſ. à ℈j ad ℨß vel ℈ij.

## II ICTERUS.

*Icterus.* QUemadmodum Aves ex plumis
gnoſcuntur, ita & *affectus ictericus*
pſum facile ſuo indicio ſoricis inſtar p

, levis quidem videtur affectus, at
lorum periculorumque pleniſſimus,
oque illi non fidendum ſed citò ob-
m eundem eſt. Tota cura *Ictericorum*
hoc conſiſtit, ut humores bilioſi edu-
ntur & obſtructiones ductus cholido-
i vel cyſtici aperiantur.
hunc finem *Interna.*

*Rad. 5. aperient.* āā ℥iij *Cichor.* ℥ß
*Sem. melon. excort.* ℥iij. *cicer. rubr.* ℥ß
*Herb. cuſcut. agrimon.* āā Mj. *marrub.* Mß.
*Paſſul.* ℥vi. *bacc. juniper. num* XX
qu. in ſ. q. ▽æ ſimpl. Colatur. ℔j. add.
*Syr. byzant. ſimpl.* ℥iv. Miſce pro 3. Doſ.

*nert. lib. 3. med. Pract. part. ſect. 2. cap. iv.*
*Franciſcus Joël in Praxi* ſequens ut
gulare remedium & experimentum in
ero ab obſtructionibus commendat:

*Rad. chelid. maj.* Mij. *Bacc. Juniper.* Mj.
ntundantur in mortario, affundatur
i Rhenani ℔j. exprimantur. Cola-
æ ℥iij manè & ante cœnam biban-

Vel

*Rad. chelidon. maj.* ℥ij. *cichor. polypod.* āā ℥j.
*Sem. petroſell. aniſ.* āā ʒß *Flor. geniſt.* p. ii.
*Gran. Juniper.* Mß
qu. in ſ. q. ▽æ font. Colaturæ ℥viij.
adde

*Syr.*

*Syr.d.cichor.c. Rhabarb.* ℥j. M. F.
tio Doſ. cochl. 4.

*Rolfinc.lib.8.Conſultat.l.1.*

*Franciſc.de le Boë Sylvius lib.1. cap*

Icterum hoc Apozemate oppugnat,
primis ſi quædam adſit veneni ſuſpic

℞ *Rad.ſcorzon.*℥j. *imperat.* ℥ß.
*Raſur.lign.juniper.*℥ij.*ſaſſafras* ℥
*Fol.card.bened. ſcabioſ. ſcord.*āā M.
*Bacc.juniper.* ℥ij. *Sem.aquileg.urt*
*Raſur.C.C.* āā ʒiij.

Coqu.ex ▽æ purâ in colaturæ ℥xxx
ſolve
*Syr.card.bened.*℥iij.*aqu.Theriac.*
⊖ ♀ ⊕*lat.* ʒß. Miſce.

Aquæ ad Icterum *Timæus a* Güldern
*Baccas Juniperinas* quoque abeſſe nc
ſed illas eidem pondere ℥iij adjungi
cut *ex Caſ. med.ejusd.p.40.* liquet.

*Externa.* Amuletum *Rondeletii* carpis m
um plantisque pedum applicandum
tradit *Grylingius lib.3. med. Pract. Pa*
*cap.* 1.

℞ *Fol. viſc. quern.* Mj. *Herb. ma*
*chelidon.* āā Mß
*Bacc.juniper.* ʒß.

Contund. in mortario & mixta cum
adhibeantur ut dictum.

## III HYDROPS.

QUando Oceanus exque illo pro
entia flumina cancellos ſuos no
cee

dunt, magnam certè utilitatem generî
æſtant humano; Si verò freta pontî
mescere incipiant ſideribusque cer-
nt conſurgere, magnam & contra ca-
mitatem efficiunt. Idem de lymphâ
moribusque corporis humani dicî
timo poteſt jure: Si enim humores illî
naturali ſuâ conſtitutione non rece-
nt moderatique imperii limites non
cedant, incomparabilem vitæ huma-
thesaurum, Sanitatem videlicet,
egrum conſervant; Si autem extra
ncellos eroſis illis vagentur & errent,
ac mala producunt graviſſima. Inpri-
s *Hydrops* malè affectis vel corruptis *Hydrops.*
moribus originē ſuam debet, quæ tri-
x communiter ſtatuitur; Prima *A-*
*es*, cum totus venter & interdum pe- *Ascites.*
tument, partes verò ſuperiores ema-
ntur; Secunda *Anaſarca*, cum uni- *Anaſar-*
ſum corpus tumore corripitur & ve- *ca.*
ia digitorum impreſſorum rema-
nt; Tertia *Tympanites*, ubi abdomen *Tympani-*
ntibus extenditur, quod ſi pulſetur, *tes.*
pani quaſi ſonum edere ſolet.

In omnibus hisce unica ſpes eſt in
cuantibus, Aperientibus, Diapho-
icis & Diureticis, & in Tympanitide
Carminativis; At virtutes hæ in *Ju-*
*ro* concentratæ apparent omnes qua-
nde hydropici & hic auxilium & ſo-
um expectare poſſunt.

Sic *Quercetanus* in incipiente Hydrope vinum commendat chalybeatu baccis juniperinis exornatum *cap. 9. pharmacop. dogm. reſtit. p. 687.*

*Ascites Inter uè.* In Hydrope Aſcitide vinum medicatum ſequens ter de die pondere ℥ inſtillatis in illud ſpir. ✻ci gutt. vj. aa ſumere juſſit *Deckerus in notis ad Prax. Barbett. cap. IV.*

℞ *Rad. Ireos noſtr. petroſel. enul. ca* āā ℥iij.
*Cort. med. ſambuc. Fol. eupator. ca bin.* āā Mj. *Soldanell.* Mß.
*Bacc. Juniper.* ℥j. *Sem. fœnic. cinam* *Cort. Citr.* āā ℥iß.

Conciſ. contuſ. infund. in pint. IV.. Rhenani & ſerventur ad uſum.

Pulverem idem præſcribit ſequ modo. p. 167.

℞ *Rad. mechoacann.* ℥ß. *Jalapp.* ℈j *Magiſt.* ♀i ⊕ *lat.* ⊖. *ſambu* g̃. vij.
☍ *caryophyll. juniper.* āā gttj.

M. F. Pulvis.

Sequens vinum medicatum gans in diverſis Hydropicis ascitid borantibus, inprimis in *Pharmac Viſenenſi* & *Juvene quodam Heringer* credibilem humorum ſeroſorum am à ℔viij. ad xii. eduxiſſe vidimus.

℞ *Herb. ſoldanell. gratiol. abſinth.* ā

*Fol.Senn.Scolopendr.* āā ℥j.
*Rad. Polypod.* ℥ß. *Rhabarb. Turpeth*, āā ʒiij.
*Irid. noſtr.* ʒvj. *Cort. inter. Sambuc. Ebul.* āā ℥iß.
*Bacc. Juniper.* ℥ij. *Sem. cartham. aniſ.* āā ʒiij.
oncíſ. contuſ. D. ad chartam S. Species zum purgierenden Kräuter-Wein.
Pilulas qui deſiderat, illi ſequentes hiberi poſſunt.
*Extract. panchymageg. Croll.* ℈ß.
*Elater. correct.* ⊖ *bacc. junip.* āā gr vj.
⌽ *anodyn.* gr iij. *Miſc. F. Pilulæ, num. ix.*
*yling. lib. 3. med. pract. ſect. 5. cap. 4.*
In *anaſarcâ Decoctum tale* concin-
vit *jam laudatus Deckerus loc. cit. p. 173.*
*Rad. Apii, Enul. campan. Ireos noſtr.* āā ʒvj.
*flor. cent. min. pii. Raſur. lign. guajac.* ℥iij.
*Bacc. laur.* ℥ß. Juniper. ℥ij.
*Sem. urtic. Roman.* ʒiij.
qu. ex aquâ purâ ad colatur. ℥xxx. adde
*Syr. card. bened.* ℥iij. *Spir.* ✱*ci* ℈ij.
▽*æ theriacal. ſimpl.* ℥ij. Miſc.
num purgans tale addidit
*Fol. eupator. cannab. menth. criſp. majoran.*
*Flor. cent. min.* āā Mß. *Bacc. juniper.* ℥ß.

 *Rad.*

*Rad. Jalapp. Mechoacann.* ãã ℥j.
*Spic. nard.* ʒj. *cinamom* ℥iij. *Macis*
Conciſ. contuſa ſacculoque incluſa
dantur vini pint. vi. & bibat de eo ſh
ſtum.

Poſt evacuantia & aperientia a
utraque Hydrope maximè extollun
Diaphoretica & Diuretica.

Diaphoretica quod attinet, in
hæc extollit in hydrope ut maximè p
cuam aquam hydroticam *Poterius ſp*
*pharmacop. Spagyr.*

℞ *Limatur. lign. Indic.* ℔iß. *Cort. ej*
℥vj.
*Sarſaparill. Chin. elect.* ãã ℥ix.
*card. bened.*
*Bacc. Juniper. Zinziber.* ãã ℥iß.

Macerentur per octiduum in ſ. q. vini
neroſi cum oleo ⊕li ℥ß, & calore
rum vel arenæ aqua proliciatur, qua
centibus ſpeciebus affuſa & deſtillan
ſui reponatur. Doſ. ℥iij. ad v. *Plater*
ac nomine felix, *lib. 3. obſervat p. 633.*
Electuarium ſudoriferum in Aſcitid
hibuit.

℞ *Rob Sambuc. Ebul.* ãã ℥j. *Syrup. pa*
*ſimpl.*
*Spir. Juniper.* ãã ʒvi. Miſce.

*Quercetanus* omnis generis Hydro
ſpecifico hoc ad hydropem ſudat
præmiſſa purgatione hydragogâ id

uſtuliſſe gloriatur *cap.8.Pharmacop.dog-mat.reſtit.p.666.*

℞ *Fol.Fumar.eupator.Meſu.* āā *Mj.*
*Rad.aſar. Hirundinar.* āā ℥j. *Bacc.juniper.* ℥ij.
*Raſ.ebor* ℥vi. *N.Moſch.Santal.citr.* āā ℥ß.

Macerentur per 24.horas in ▽.flor. ebul. Fœnicul. & vin. albi aa q. ſ. Decoquantur ad Coſ. ℥v.

In diverſis ægris præcipuè in duobus illis ſupra nominatis ſudorem in laconico ad ℔vi,viii, ad x.(incredibile dictu ſed verum,) præmiſſis ſequentibus excretum, non ſemel vidimus.

℞ *Rob Sambuc. Juniper.* āā ℥j.
⊖.*abſinth. Juniper.* āā ʒß. *Eſſent.juniper.* ʒj.
*Spir.Junip.* ʒj. ♀, *CC.* āā ℈j. *Miſce.*

Schweißtreibender Saft auf 2.mahl.

Inter Diuretica *Platerus* ſequens laudat Lixivium *lib.3.obſervat. p. 640.*

℞ *Summitat.Juniper.ſtipit.fabar.cort. dulc.amar.* āā Mij.

Exiccentur in furno,donec ferè in cineres redigantur, per quas transfundantur ▽æ font. ℔iv. Vin. alb. ℔i. repetendo, donec aqua lentorem lixivii inſtar acquirat. Huic add.

*Sacchar.roſ.tabul* ℥ij. ▽*æcinamom.* ℥j.

Bulliant lento igne parum, & ſerventur

ad uſu benè cooperta ne corrumpant
Doſ. ab ʒij. ad 3. vel IV. bis in ſeptimam

Specificum ⊖ hydropicum ex *Junipero* inprimis parat *Mynſichtus* addi aliis Diaphoreticis & Diureticis inſig um virium, cujus deſcriptio extat ſ XI. *Armament. Chym. p.* 201.

Aquam hydropicam *idem* *Ad* *Summitat. Juniper. ad* ℥ß. exornat *ſect* *citat. libr. p.* 313. & lixivium *ex cineribus* *gni & extremitatibus Juniperin. frondi* arthemiſiæ, geniſtæ, fabarum, abſin ãã ℥j. cum vino paratum maximé ex lit huiusque auxilio multos Hydrop per aliquot dies adhibito & nullo alio medio ſanaſſe teſtatur *Sect.* 27. *p.* 497. ab ℥ij ad ℥iij. manè jejuno ſtomacho

Pulveris hujus meminit *Grylin* *loc. cit. p.* 474.

℞ ⊖ *geniſt. ſtipit. fabar.* ãã ʒj.
∴ *terebinth.* gtt VI. *Junip.* gtt. iii
S. Treibe-Saltz auff 3. mahl.

*Ceſtero* ad Hydropem in uſu f *decoctum baccar. Juniperi* teſtatur i *loc. cit. p.* 475. *Verzascha lib.* XI. *River* *tract. cap.* VI. *ſequentia* proponit.

℞ *Rad. ononid.* ℥iß. *Cort. ſamb.* ℥ß. *ebul*
*Herb. heder. terreſtr. agrim.* ãã Mj.
*Chamædr. ſummit. cent. min*
*ſinib.* ãã Mß.
*Flor. geniſt. p.* ij. *baccar. Juniper.*

ciſa & contuſa dentur ad ſacculum ex
ndone albo, cui menſuræ 3. Vini albi
eter. affundantur, de quibus æger mane
vi bibat.

Vel

☿: ⊕ *lat.* ℈iv. ⊖ *fabar. juniper. ononid. geniſt.* ãã. ℈j.

iſc. diligenter & formentur inde octo
oſes, de quibus manè una in juſculo
rneo ſumatur.

Vel

*Ciner. junip.* ℥iß. *fabar.* ℥j *abſinth.* ℥ß.
*Vin. alb. veter.* ▽*æ fontan.* ãã ℔ij.

ent per noctem, poſtea colentur decies,
ndem adde Sacchar. opt. ℥viij. ▽æ ci-
nmom. ℥iij; de hoc potu manè jejuno
omacho ℥vi bibantur. Candidè poſſu-
aſſerere, inquit *citatus Autor*; quod
quot hydropicos præmiſſis purgatio-
bus indicatis hoc potu ſanitati reſtitui-
us.

Ad *Hydropem Scorbaticum.*

*Apum ſicc. & pulv.* ℨij *Sem. ammeos* ℨj.
⁂ *juniper.* ℈j. *Terebinth.* q. ſ.

. F. Maſſa Doſ. ℈j. vel ℨß.

Externè ad tumorem in hydrope
m Anaſarcâ quàm Aſcitide tollendum
taplaſma tale adhibuit *D. Reineſius*:

*Ciner. è lign. Querc. ſamb. junip.* ãã q. v.

c. ▽a lixivium, hujus ℔iv. incoque

*Mic. panis ſiligin. atr.* ℔j. *cochlearum c. teſta contuſ.* ℔ß.

*ad mollitiem & conſiſtentiam juſtam*, tu[...]
adde

*Acet. Vini* ℔ß *Sapon. venet. lap. m*[...]
*dicamentoſ.* āā ℥ij.

*Farin. fabar. lupinor.* āā ℥iij.

*Pulv. fung. ſamb. caryophyll. ſem. cym*[...]
*Bacc. laur. Agaric.* āā ʒiij. *Euph*[...]
ʒij.

Miſce. *Grylingius loc. cit.*

Vel

℞ *Herb. malv. c. tot. melilot.* āā *Mj. Soo*[...]
*nell.* Miß.

*Fl. chamomill. ſambuc.* āā Mj.

*Rad. althea.* ℥ß *bryon.* ℥vi. *Com. abſ*[...]
Miß *ſambuc.* ℥ß.

*Sem. fœn. græc.* ʒiij *Naſt.* ʒvi. *Cumin*[...]
*Bacc. laur. juniper.* āā ʒvi. ♀*is* ℥ß.
*Farin. fabar.* ℥ij. *M. F. Pulvis, cui*
*Terebinth.* ℥iß *Mellis. q. ſ. F. Ca*[...]

*Timæus à* Güldenklee *lib. 3. Caſ.* 24.

Sic & Emplaſtrum Hydropic[...] quod *Hofmannus in Theſauro pharma*[...]*tico p. 60.* deſcribit, *oleo juniperi* inſi[...]tum eſt & ad hydropicos tumores[...] inutiliter adhibetur.

Unguentū ſi quis deſideret tale a[...]

℞ *Unguent. d. arthanit.* ʒvi.
°°° *juniper.* ℥ß *diacolocynt. Q.* ʒiij[...]
*Spic.* ʒij *Terebinth.* ʒj. *Ceræ q.*[...]

Miſ. F. Ungventum. *Grylingius loc. ci*[...]

Ventriculo Hydropicorum i[...]

mis etiam proſpiciendum, commendatur à *Rolfincio lib. 8. Conſultat. 9.* ſequens Balſamum.

℞ *Ol. ſuccin. citr. majoran. angel.* ãã ℈ß.
*juniper. fœnic.* aa ℈j *cochl. naſturt.* ãã gttx. N. *Moſch. expreſ.* ʒß *Miſc. in pyxide.* S. Magen-Balſam.

Tympanites Hydrops flatibus cum originem ſuam debeat, carminativa inprimis poſtulat, præmiſſis, quæ humores flatuum genitores blandè educant, ſint autem talia, quæ ſudores blandè movere poſſunt. *Tympanites.*

Sic *Platerus lib. 3. Obſervat. p. 658.* mulieri tympanitide laboranti exhibuit *Spir. Juniperi* cochlearis unius quantitate, præmiſſo vino laxativo, cum permiſtione aquæ narcoticæ gutt. iij, continuando per aliquot dies, & ventrem inungere juſſit aqua vitæ cum *Spir. Juniperino*, addendo parum olei ſem. carvi, ſicque ventrem penitus ſubſediſſe teſtatur.

In viro extremè pauperi tympanitide vexato ſequentia experti ſumus efficacia.

℞ *Pulv. ſem. cumin. carv. bacc. laur.* ãã ʒß.
*Spec. aromat. roſ.* ʒiß ♁ *chamomill. cumin.* ãã ℈ß.
*Rob Junip.* ʒiij. ⊖ *is ejusd.* ℈ij. Miſc. S. Safft wieder die Blehung. Doſ. ʒij. manè & veſperi.

Externe

℞ ⚬⚬ aneth chamomill. ãã coct. ℥ß. deſtillat
juniper. cumin. anis. ãã ʒß

*Obſervatio* Miſc. S. Euſerlich Oel den Leib zu ſalbern
Hæc per 6 ſeptimanas continuavi
interpoſitis aliquot purgantibus, & fel
ciſſimè evaſit.

*Sitis Hydropicorum.*

Ad ſitim Hydropicorũ intolerabilem
℞ *Gran. junip. contuſ.* Mij. *Ser. lact.* ℔v
F. Decoctum, cui ſi inſtilletur
*Tinctur. flor. Bellid. Spir.* 🜕*li* ♂*tis*
*cu… vel*
*Tinctur.* ♂*tis aperitiv.* q. ſ.
præſtantiſſimum erit. *Gryling. loc. cit. p. 498*

CAPUT XIX.

## JUNIPERINA MEDICAMEN-TA IN MORBIS LIENIS EXAMINAT.

### I. LIENIS OBSTRUCTIO.

SI quid unquam aptum verumq
ſit, verum eſt illud: Principiis obſt
præſertim in viſcerum obſtructionibu
quippe quæ facilius contingunt qua
referantur. Hoc & in lienis obſtructio
quâ hodiè nil frequentius, obſerva
dum, quæ ſi ipſi maturè obviam eatu
multò facilius tolli poteſt, quam ſi al
prius egerit radices, optimè igitur ha
reſerant medicamenta Juniperina ju
tempore, hoc eſt, in principio adhibi
tuncque fortiora & precioſiora non d

*Lienis Obſtructio.*

der

derantur, & ſic maturatio & ſumtibus & ſanitati conducit.

In lienis obſtructione ſequens præſcribit *B.D.D. Schenckius ſect. 3. ſyntagm. de præſcrib. med. cap. 3. p. 158.* *Interna.*

℞ *Eſſent. gran. juniper.* ℥ß. *Extract.* ♂*tis purg.* ʒij.

M. S. Eſſentia aperitiva ſplenetica, Doſ. gtt. 40. Vel

℞ *Spir.* ⊕*li compoſ. Penot.* ℈ß. *Rob juniper.* ʒj.

*Syr. Byzantin.* ℥j *M. S.* Säfftlein auf 1. mahl.

*Fryling. part. 2. de ſecund. evacuat. Univerſ. Gener. p. 85.*

*B. D.D. Friderici ſequentia* Studioſo lienis obſtructioni laboranti exhibuit teſtante hoc protocoll. medic. MSS.

1. *Loco Digeſtiv. Elixir proprietatis.* 2. *Pulverem purgantem* 3. *Tinct.* ♂*tis aper.* 4. *Elix. Juniperinum*, quo manè & veſperi, tincturâ vero pomeridie uſus eſt.

Sequentem miſturam innumeris profuiſſe novimus.

℞ *Spir. Juniper. Acor. cent. min.* āā ℥ß. *aperit. Penot. Elix. Antipochondr.* āā ℈ij.

*Tinct.* ♂*tis c. ſucc. borsdorff. parat.* ʒiij. *Rob Junip.* ℥ß. M. S. öffnende Mixtur.

Linimentum ſpleneticum tale parat *Tilemannus in append. de mater. med. p. 95.* *Externa.*

℞ *ol.*

℞ *ol.d.Cappar.coct.deſtillat.juniper.* ãã ℥iiij
*Violac.* ℥vi *pulv.croc.* ℈ß.
*Pulv. nummular. Scolopendr. Cuſcut*
ãã ℈j.
Ceræ q. ſ. F. Linimentum.
Vel
℞ *Ol.cappar.coct.deſtillat.philoſ.* ãã ℥iij
*deſtillat. junip.* ℥ß *cochlear.chamom.* ãã ℈
Miſc. S. Euſerlich Miltz-Oel.

## II. HYPOCHONDRIACUM MALUM.

*Malum Hypochondriacum.*

QUi affectionem hypochondriaca[m] flagellum vocavit medicorum, hau[d] abſurde locutus eſt, vix enim ullus mo[r]borum magis ſua variat ſymptomata i[n]deque remediorum varietatem efflag[i]tat, quam malum hoc hypochondri[a]cum, & cum eo ſcorbuticum, medicus[que] interdum verborum ſatis vix inveni[re] poteſt, quibus ægros ſoletur & impatie[n]tes patientes ad patientiam adducat; [at]que tantâ medicamentorum copiâ in[o]piam propemodum ſentit, quoniam æg[ri] qui ſemper aliquid, quo de querant[ur] habent, remedia variare rogant.

*Interna.*

Maxima hîc ſpes eſt in aperien[ti]bus, at virtute aperiendi maximè p[ol]let *Juniperus*, quapropter illa partes [ejus] ejus in cura Hypochondriacorum t[am] variè adhibentur.

VinumAntipochondriacũHypoch[on]driacis tale ſæpius ordinavim9. ℞ *H*

℞ *Herb. lingv. cerv. cuscut. epith.* āā Mj.
*Rad. 5. aper.* āā ℨij. *Cichor. Zedoar.* āā ℥ß.
*Cort. tamar. cappar. auranc.* āā ℨiiiß.
*Lign. guaj.* ℥j. *Saſſafr.* ℨij *Bacc. junip.* ℥iv.
*Limatur.* ♂*tis* ℥xij *Sem. geniſt.* ℨiii.

Conciſ. contuſ. D. ad chart. S. Species zu einem halben Eimer Kräuter Wein.

Simile vinum ordinavit Platerus in Melancholia hypochondriaca, & dolio *ſcobem ligni juniperini* indere juſſit. Idem meminit ſequentis in prædicto caſu *Clyſteris p. 62. lib. 1. obſervat.* cujus uſu multos flatus cum fæcibus erupiſſe ægrumque maximè approbaſſe teſtatur

℞ *Betæ rec. vel* ☿*ial. Fol. braſſic. rec. Fumar. Atripl. ſativ. abrotan. thym.* āā Mi.
*Rad. polypod.* ℨiß *Fol. Sen.* ℥ß. *epithym.* ℨii
*Fl. chamom. aneth. matric. ſamb.* āā p.i.
*Sem. carv. cym.* aa ℨii *Bacc. laur. Juniper.* āā ℥ß.

F. decoctio in aquâ & tertia parte vini, diſſolve:

*Mell. roſ. ſacch. rubr.* āā ℥i *Hier. picr.* ℨii.
*ol. lil.* ℥ii ⊖*is parum. M. F. Clyſter.*

Cereviſiæ probè lupulatæ addere jubet Joh. Freytag in Bericht von der *Melancholia Hypochondriaca cap. 9. p. 136.* meliſſam, fumariam, ſalviam, epithymum Caryophyllatam, Baccas lauri & *Juniperi.*

*B. D D. Rolfincius* Diuretica & Diaphoretica tàm in affectione hypochondriaca,

câ, quàm ex illâ proveniente melanch-
liâ ſvadet, & ſic *lib. 8. Conſultat. 3.* Hyp
chondriaco commendat loco Diuret
*malvaticum Juniperinum ad* ℥ß *S.* Har
treibende *Miſtur, & lib. 2. Conſultat. 7.*
melancholiâ Hypochondriacâ loco D
phoretici Pulverem ſequentem.

℞ *Fl.* ♃*ci corallino:* ⊖ *abſinth. junip.* ãã
M. S. Schweißpulver auff einmahl.

Pilulas aperitivas antihypocho-
driacas ſingulares tradit *B. DD. Sch*
*ckius ſect. VI. Syntagm. præſcrib. medica*
*cap. 4. p. 268.* quæ ita parantur.

℞ *Croc.* ♂*tis aperitiv.* ʒi. *Extract.* junip
*cort. cappar. ſplen. bov.* ãã ℈ß.
*Fecul. aron.* ℈i.
*Diagryd.* ℈ß. *c.* ▽*a cochlear.* q. ſ.

F. ex ʒj. pilulæ xxxj. D. in pyxide S. ut ſu
*B. DD. Friderici* omnibus propemod
Hypochondriacis exhibuit *Elixir Jun*
*rinum* teſtante hoc pluries *Prot. med.*

*Obſervatio.* In muliere melancholiâ hypoch
driaca maximopere unaque inſulti
uterinis affectâ, poſteaque in duabus
liis eodem morbi genere correptis o
navimꝰ ſequentia optimo cum ſucce

I. Erat vinum medicatum ſupra
ſcriptum. 2. Purgato corpore ſudo
movimus hiſce.

℞ *Rob Juniper. Syr. card. bened.* ãã
*Tinctur.* ℥ii ʒiß. *Flor.* ♃*ci.* ʒi.
*Spir. Juniper.* ℥ß. Miſc. S. Schw
Safft auff 3. mahl.

Poſtea V. S. in plethoricis inſtituimus, deinde 3. manè utantur ſequentibus

℞ *Elix. Antihypochondriac. Rolf.* ℥ii.
*Eſſent. juniper.* ℥i. Miſc. S. Elixir.

4. Circa meridiem

℞ *Sal. juniper. cichor. chamomill.* āā ℨi.
☿i ⊖*lat.* ℨii. *Pulv. cac'bett.* ℥i.

Miſc. S. Pulver 2 Stunden nach der Mahlzeit. *Doſ.* ℈ß. *ad* ℈ii. 5. Veſperi.

℞ *Extract. juniper. anth. croc.* āā ℈ii. *Aloes viol.* ℨiß. *Extr. Helleb. nig.* ℈i.

Miſc. F. Pilul. S. Pillen gegen die Nacht auf 10. mahl.

Malo aliquatenus remittenti ulterius oppoſuimus 6. ſequens Electuarium.

℞ *Conſerv. fl. anth. borrag. rad. ſcorz.* āā ℨi.
*Rob Juniper.* ℥i,
*Extr. cent. min. jun.* āā ℈ii. *ſplen. bov.* ℈i
*Eſſent. caſtor. carminativ. nra* āā ℨi.
*Sal. is Angl. ſuccin. præp.* āā ℈ii.
*Croc. ♂tis aperit.* ℥ß. *Spec. dianth.* ℨii.
°°° *cort. aurant. zed.* āā gtt. VI. *cinam. caryophyll. macis* āā gtt. IV.

Miſc. omnia F. l. a Electuarium D. S. öffender Stärck-Zucker.

Doſ. ℨß. pomeridie & antemeridie.

Hiſce adhibitis cum Deo reſtitutæ ſunt.

## III. SCORBUTUS.

SI quis *Scorbutum* cum *Proteo* compararet, illumque his verbis, quibus *Ovidius* *Scorbutus.*

*dius lib. 8. metamorph. fab. 12* Proteum a
loquitur, delinearet, à verô illum ab
rare non putaremus:

*Nam modò te juvenem, modò te vidi*
*Leonem*
*Nunc violentus aper, nunc quem tetig*
*timerent*
*anguis eras, modò te faciebant corn*
*taurum,*
*Sæpe lapis poteras, arbor quoq; ſæpe vid*
*Interdum faciem liquidarum imita*
*aquarum*
*flumen eras, interdum undis contra*
*ignis.*

Tot enim tamque varias form
mentiri poteſt *Scorbutus*, ut ſatis diffic
ter quandoque dignoſci poſſit, ſæpe
medicum ſub perſonâ alterius morbi,
cuius larvâ tectus militat, decipit.

Quàm argutus verò & aſtutus
*Scorbutus*, verſutiſſimi tamen huius P
tei argutias eludit *Juniperus*, ideo
tàm per ſe antiſcorbutici medicam
titulum gerit, juxta *Barbett. prax. lib*
*cap. 3. Seviz part. 4. ſpec. med. Pract.*
*V. cap. 12. & alios*, quàm aliis antiſcor
ticis miſcetur eorumque virtutes au
& extollit, ſive ob humorum præp
tionem eorumque vel per ſudores,
per urinarum evacuationem & alt
tionem ad hibeatur.

Quando itaque humores ſcorb
ci p

ci præparandi tunc optimè convenit ſe-
quens:

℞ ♀i ⊕lat. ⊖ juniper. geniſt. abſinth.
*Magiſt. corall. pulv. rad. aron. mundat.*
*Elæoſacch. citr. cochlear. aniſ. cinamom.*
āā ℥iij.

Miſce pro 3. doſ. S. Reſolvier Saltz.

Si dicti humores evacuandi, tunc purgantibus *baccæ juniperi* aliaque antiſcorbutica adduntur, ut hiſce mediantibus purgantium vis ad ipſos humores peccantes adducatur. Sic

℞ *Herb. abſinth. cochlear. naſturt.* āā Mß.
*Flor. cent. min. pii. fol. ſenn.* ʒj. *aſplen.* Mj
*Rad. cichor. polypod.* āā ʒß. *rhabarb.*
*helleb. nigr.* āā ʒij.
*Bacc. juniperi* ʒj. *ſem. geniſt. fœnic.*
āā ʒiß.

Conciſ. contuſ. D. ad chart. S. Laxirende Species zu 2. Maas Wein.

Si per ſudores materia ſcorbutica minuenda:

℞ *Rob Juniper.* ʒß. ▽ *cochlear. card. bened.* āā ʒj.
⊖ *CC. volat. ſuccin. volat.* āā ℈viij.

Miſc. D.S. Schweißträncklein.

Diureticum ſi deſideretur, tunc

℞ ⊖ *juniper.* ℈j. *ononid.* ℈ß Miſc. S. Urin treibendes Saltz.

*Wolfincius lib. 8. Conſult. 7.*

Humores ſcorbuticos alterantium

tot extant compoſitiones, quot capitta
*Sennertus* aquam componit antiſcorbu
ticam *lib. 3. Med. Pract. part. V. ſect. 2. cap*
*6.* ℥iij *bacc. juniperis* conſpicuam, ut
Miſturam ℥ij. *extracti juniperini* exaltta
tam, utriusque deſcriptionem, ut & alii
rum ▽ um antiſcorbutic. juniperi baa
cas recipientium vide in *Cochlearia curi*
*ſa B. D. Möllenbroccii.*

*Wierus teſtante Sennerto loc. cit.* hi
remedio infinitas curaſſe ſcribit:

℞ *Abſinth. vulg. gran. junip. contuſ.* āā M
*Lact. caprin.* ℔iv.

Coqu. ad tert. vel quartæ partis co
ſumtionem, poſt colentur cum forti e
preſſione, colaturæ add. croc. ʒß vel
& ſemel atque iterùm ebulliant & den
colentur. Decocti hujus hauſtus ter
die propinetur calidus.

Spiritus, quem *Deckerus* laudat,
ſcriptio cum *pag 78. Cochlear. curioſ.*
*Möllenbrocii exter*, nolumus hic eam re
tere.

Vini medicati antiſcorbutici &
reviſiæ ejusmodi formulas plures tra
*Rolfincius Conſultat. 7. & 8. lib. 8.* vid
das.

Nobiliſſimus *D. D. Schenkius* p
talem cereviſiæ vel vini antiſcorbu
præſcribit formulam *ſect. 3. Syntagm.*
*ſcrib. medicament. cap. 3.*

℞

℞ *Rad. cichor. ſcorzoner. oxylapath. penthaphyll.* āā Mß.
*Summit. fumar.* Mj. *ſem. ſinap. ammeos* āā ʒij.
*Fol. naſturt. cochlear. beccabung.* āā Mß. *agrimon. meliß.* āā pj.
*Cort. cappar. tamariſc.* āā ℥ß.
*Bacc. juniper. laur.* āā ʒij.
Conciſ. groſſo modo D. ad chartam S. Kräuter Species zum Bier.

Mixturis qui delectatur vel Electuariis adeat *Matth. Martin. qui pag.* 674. & *ſeqq.* varias tradit formulas, quas quoque collectas *cap.* 17. *Cochlear. Curioſ.* exhibet.

*Mixtura Timæi à* Güldenklee talis eſt:

℞ *Miſturæ ſimpl. ſpir. cochlear. naſturt. bacc. juniper.* āā ℥ß.
Miſce. Doſ. ℈j. ad ℈ij.
*Lib. 3. Caſ. med. p.* 164.

Vel

℞ *Spir. aron. naſturt. cochlear.* āā ℥iv.
*✱ci* ℥j. *elix. antiſcorb. Rolf.* ʒij.
*Eſſent. juniperinæ* ℥iß. *miſtur. ſimpl.* ʒj. ʒij.
Miſc. omnia. S. Miſtura Antiſcorbutica Doſ. ℈j. ad ℈ij.

Electuarium Scorbuticum haud ingratum nec inefficax exhibet *Schröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap.* 51.

℞ *Conſerv. cochlear.* ℥ijß. *chamædr. mell. roſ. incarnat. acetoſ. citr.* ãã ℥vi..
*Conditi calam. aromat. Zinzib. rad. pimpinel. cort. citr.* ãã ʒiij.
*Extract. abſinth. Juniper.*
*Sem. ſinap. eruc* ãã ʒij. *Cardamom*
*Cinamom.* ãã ℥j. ♀ ⊕*lat.* ʒiß.
*Ol. aniſ.* ℈j. *cinamom.* ℈ß.
Cum *ſyr. d. cinamom. & cochlear.* ãã *q. ſ. f.* mixtura.

Doſ. magnitudine juglandis manè jejuno ſtomacho aſſumta.

Elæoſaccharum Antiſcorbuticum uſu nobis tale eſt.

℞ *Sacchar. Canar. opt* ℥ij. *Fecul. aron.* ʒ
*oo cochlear. juniper.* ãã ʒß. *cort. aurant.* ℈j. *cinamom.* ℈ß. Miſce Doſ. ℈j

*Dolor ventris Scorbuticus.* In *dolore ventris Scorbutico*, qui omnes dolores colicos ſuperare dicitur, internè commendat *Deckerus citat.* ſpiritum ✳ci corticibus aurantiorum infuſum cumque Spiritu Aniſi vel *Juniperi* exhibitum, ut & clyſterem ſequentem.

℞ *Fol. cochlear. hyoſciam. F. chamomrom.*
*Fl. ſambuc.* ãã Mß. *Summitat. abſinth.* Mj.
*Rad. elen.* ℥iß. *Bacc. juniper. lau.* ãã ℥v.

Co

Coqu. in ſ. q. ſeri lactis vaſis quàm optimè clauſis. Colatur. ℥viij. vel X. add.

*Ol. cochlear. elect. lenitiv. d. bacc. laur.* āā ℥v.

*Vitell. ov. num.* 1. *M. F. Cyſter.*

In *dolore crurum, manuum, pedum Scorbutico* ut & jam dicto dolore ventris externè proponit Cataplasma *idem Dekerus loc. cit.* nihilque in ventris dolore ſedando addit, quàm Sem. cumin. carv. āā ℥iij. ejus deſcriptio eſt talis: *Dolor crurum, manuum & pedum Scorbuticus.*

℞ *Flor. chamomill. Sambuc.*

*Fol. naſturt. aquat. vel beccab.* āā Mj.

*Bacc. Juniper.* Miß.

Conciſa craſsè & contuſa Coqu. in ſ. q. ſeri lactis vaſis optimè clauſis pro Cataplasmate calidè apponendo.

Simile quoque deſcribit Cataplaſma *Hofmannus* ad mitigandos dolores in Scorbuto *p. 39. Theſaur. Pharmaceut.* ol. baccar. juniperi exaltatum.

*Poterius* in ejusmodi doloribus ſequentem totum ordinavit *Centur. 2. obſerv. 43.* *Baccasque Juniperi* in omni dolore commendat *Obſervatione ultimâ Centur. ſecundæ.*

℞ *Bacc. juniper. laur.* āā ℔ß.

*Fol. roſmarin. ſalv. menth. abſinth. majoran.* āā Mij.

*Flor. ſtœch. chamomill. hyperic.* āā pj.

Coqu. in ſ.q. vin. & 🜄æ pro fotu.

*Maculæ Scorbuticæ.* Ad *Maculas ſcorbuticas* tollend[as] commendat *Sennertus* loco ſæpius cita[to] fomenta & balnea ex reſolventibus, di[s]cutientibus & emollientibus, quibus o[]mnibus *baccæ Juniperi* admiſcentur. U[n]gventa quoque addit ibidem ſequent[ia]

℞ *Butyr. majal.* ℥ijß. *bacc. Junip[er.] contuſ.* ℥VI.

Vin. ℥ij. Coqu. ad vini conſumtionem [] colentur; vel coquatur in lacte naſtu[rti]um atque abſinthium & baccæ junip[eri] contuſæ, & cum lactis illius flore cr[] inungantur:

Vel

℞ *Butyr. majal. inſulſ.* ℥j. *com. abſinth.* [] *Vermicular.* p j. *bacc. junip. contuſ.* [] *Vini* ℥iij.

Coqu. ad vini conſumtionem & [co]lentur ac pingvedo ungventi loco u[ſur]petur.

*Matth. Martin. in ſuo de Scor[buto] tractatu p. 748.* Decoctum ad mac[ulas] Scorbuticas & *Salomon Albertus tra[ct.] d. Scorbut.* totum ad easdem præſcri[bit], quorum deſcriptiones *baccas Juniperi* non exiguâ quantitate recipientes *v[id.] Cochlear. Curioſ. p. 125.*

*Tumores Scorbutici.* *Tumoribus Scorbuticis* emollienc[is] abigendis idem fomenta præſcribit: [*Sen*]*nertus loc. cit.* in quibus *baccæ Juniperi* [non] poſtponuntur.

Nos lapſo anno in Perſonâ Illuſtri obſervavimus tubercula rubra Scorbutica per totum corpus, excepta facie, diſperſa, puſtulis, quæ ab affrictu urticarum excitantur, ſimillima, cum præcedente pruritu intolerabili & ſubſequente acidiſſimo vomitu & moleſtiſſimâ cardialgiâ provenientia, quæ jam aderant, jam aberant, hæc in conſilium vocati ſequentibus feliciter V. dierum ſpatio ſuſtulimus, ut poſtea uſque in hunc diem nunquam amplius apparuerint. *Obſervatio.*

Præmiſſo Diaphoretico exhibuimus Tincturæ corall. *Eſſent. juniper.* āā ℨj. S. Bluthreinigung.

Potui indendam dedimus Tinct. ♂is aperitivam & poſtea Miſturam Antiſcorbuticam. S. Antiſcorbutiſche Miſtur.

Sangvis per Scarificationem eductus erat acidiſſimus, ſicut & de materiæ aciditate ſuccum citri æquante, quæ per vomitum excludebatur, Illuſtris hæc Perſona conquerebatur.

## Caput XX.
## De Renum Calculo Viribusque Juniperi Nephriticis Discurrit.

In admirando Orbis terrarum ſyſtemate lacus, fontes ac flumina dari, quibus

immiſſa lapideam induunt formam
duritiem, experientia ſatis comproba
Utinam homo ab hâc lapideſcendi f
cultate eſſet immunis! Verùm & in ii
varia calculorum generari genera e
dem, proh dolor! evincit experient
ita ut & eorum genera plus quàm qui
genta eſſe autumet *Crollius in Baſil. C*
*mic. p. 306.* quin in omnibus ferè corp
ris partibus calculos generari plu
morum teſtentur Autorum obſervati
nes, ſicut fuſiùs de his videri poteſt *S*
*nertus lib. 2. Inſtitut. part. 2. c. 9.*

*Obſervationes.*

Inprimis autem calculorum ſec
frequenter in renibus & veſicâ offe
ditur, maloque hoc tàm tenera æt
quàm florida ac decreſcens corripitur
cuti in 2. infantibus aliquot ſaltem ſep
manarum obſervare nobis licuit, & p
terea *Illuſtriſſimus ac Generoſiſſimus Co*
*ac Dominus*, DN. ANTHONIUS A
BRECHT, *Comes de Schwartzburg & Ho*
*ſtein* 3. ætatis anno præcedentibus m
ximis cruciatibus, quibus à teneris eti
obnoxius fuit, calculum per urinam l
magnitudine ◯ nucleum pruni cit
accuratè æquantem excrevit, hodie
nihil frequentiùs conqueruntur æ
quàm de torminibus nephriticis, qui
debellandis multa extant remedia, c
bus omnibus *Juniperus* palmam ſi r
erip

eripiat, dubiam ſaltem facit, eaque propter in calculo & doloribus exinde provenientibus variè adhibetur.

Sic *baccæ Juniperi* maturæ, Nucl. perſicor. vel amygdalar. amar. num. X. vel XII. ſingulis vel alternis diebus aſſumtæ ad præſervationem commendantur.

*Deckerus* ſequens Decoctum profuiſſe ejusque beneficio inſtillatis gutt. ij. *Balſami Sulphuris Juniperini* varios ægrum excreviſſe calculos obſervavit *in not. ad Prax. Barbett. cap. 8. p. 213.*

℞ *Cicer. rubr. Hord. mundat.* ãã ℥ij. *Internè.*
*Sem. Viol. purp. papav. alb. urtic. malv.* ãã ℥ß.
*Oc. 69. contuſ. & in petiâ ligat.* ℥ij. *bacc. juniper.* ℥j.
*Fic. pingv. num. IX. Sebeſten num. VII. fruct. Alkekeng. num. IV.*
*Glyzyrrhiz. raſ.* ʒvi.
Coqu. *in* ℔ iij ▽*æ commun. in Colatur.* ℔ij. *diſſolv.*
*Syr. papav. errat. d. 5. radic. Diacnic.* ãã ℥iß.
*Spir.* ✱*ci* ℈ij. Miſce.
Vel
*Rad. Liquirit.* ℥iß. *paſſular.* ℥ß. *Ficuum num. XV.*
*Cicer. rubr.* pj. *Gran. junip. exiccat.* ℥ß.
*Sem. aniſ.* ʒiij. ▽*æ Veronic. q. ſ.*

Coquantur. Colaturæ dentur calid ℥iij. Hæc etiamſi videantur ſimp cíſſima, uſu tamen & experientiâ com pertum eſt ea poſt ſe alia chymica mu tis paraſangis relinquere *Gryling. lib. med. Pract. part.* 1. *cap.* 4.

Aquarum Nephriticarum divers compoſitiones exhibet *Quercetanus*, qu bus omnibus *Baccas Juniperi* in non ee guâ quantitate admiſcet *cap.* 7. *Pharm cop. Med. Chym.* aquæ Nephriticæ a dit *cap.* 33.

*Tilemannus p.* 2. 6. *de mater. med.* lem proponit:

℞ *Rad. helen.* ℥ij. *pimpinell.* ℥ß *fœn petroſelin.* ãã ℥vi.
*Flor. geniſt. ononid.* ãã Mj.
*Cort. aurant.* ℥iij. *Bacc. Juniper.* ℥
*Sem. aniſ. carv. urtic.* ãã ℥iß. *mil.*
*Raphan. ſaxifrag.* ãã ℥ij.
*Mithridat.* ℥ß. *ſucc. liquirit.* ℥j.

Miſc. omnia. Infund. in vini veter. ℔ malvat. ℔vi. Succ. limon. ℔ß. deſtill tur in Mar, Bal.

Aliam D. G. R. exhibet *Hofman p.* 26. *Theſaur. Pharmaceut. itaque para*

℞ *Fruct. fragor.* ℔iv. *Vin. malvat.* ℔
▽*æ Juniper.* ℔iß. *rad. petroſel.* ℔
*Nucl. perſicor. ceraſor. non contuſ.* ãã

Stent in infuſione vaſe clauſo per m ſem; Deſtill. & ſervetur pro uſu. Do pra

præſervationem cochl. 1. ad ij. Curatio-
nem iij. vel iv. tempore matutino.

Liquorem hunc inter experimenta
refert *Sebizius part. 4. Spec. Med. Pract.*
*ſect. VI. cap. XI.*

℞ *Succ. limon.* ℥j. *vin. Cret.* ℥iß. *ſpir. bacc. junip.* ℥j.

Miſce.

Sequentis Liquoris antinephritici
deſcriptionem *Vir Magnificus atque Ex-*
*cellentiſſimus D. D. FROMMAN, Conſul*
*& Phyſicus Reipublicæ Patriæ Graviſſimus,*
mecum communicavit, eundemque ſe-
quente dignatur elogio: Hic in omni
calculorum genere eſt medicamentum
incomparabile & ſummæ virtutis, in-
ſtarque arcani ſummi hactenus mihi fuit
& candidè jam depromitur.

℞ *Spir. ⊖is opt. raphanati, ſeu mediante raphano rectificat.*
*♀i* ā ā ℥iß. *⊕li philoſophic.* ℥ß.
*Extract. granor. juniper.* ʒiijß. *veronic. pimpinell.* ā ā ʒiß.
*Solut. oc. 69.* ℥ß. ⊖ *ſuccin. fixat.* ℈ij.
*Aſellor: ſ. milleped. ppt.* ʒiij.
*Spir. fragor. ex infuſione ſimpl. juxta Geſner. & Sebizium parat.* ℥iß.
*Eſſent. rad. ſaxifrag. granulat. flor. alb.* ℥ß.

Extracta ſolvantur cum Spir. fragor. &
Eſſentiâ, mox adde ſolut. oc. 69. Sal. ſuc-
cin.

cin. & aſell. ppt. hinc Spir. Salis, ♀ii
⊕li. phil. commixta exactiſſimè dig
rantur per menſem quotidiè agitand
Doſ. gutt. 9. ad ℈j in ▽. hederæ terreſt

Aſelli ſic præparantur. Vino nob
loti leniter ſiccantur torrenturque & :l
vantur iterùm vino, indeque aquâ fol
ſtipitum fabarum. Hinc rurſus leni
imbibuntur Spiritu Juniperino & .
kekeng.

Spiritus hos invicem mixtos co
mendat *Rolfincius lib. 9. Conſultat.*
*p. 826.*

℞ *Spir.* ⊖*is* ʒij. *Salis juniperin.* ℥ viii
Miſc. D. in vitro S. Stein=Spiritus.

Nec infimum locum *baccæ* ten
*Juniperinæ* in compoſitione Spiritus N
phritici & Lithontriptici *Mynſichti*, q
deſcribit *Sect. 18. Armament. Chym. p.*
ſicuti & illas Aquis iisdem titulis inſig
tis adjicit *Sect. 19. p. 322.* nec illas exc
dit clareto Antinephritico *Sect. 22. p.*
deſcripto.

Syrupum Diureticum *D. D. R*
ita deſcribit *Uffenbach. lib. 1. Antido*
*ſect. 2. p. 383.*

℞ *Succ. onon. ex toto cum flore, ▽ e ej*
*Succ. expreſſ. raphan. acerr. pimpi*
ãã ℔j.
▽ *e malv. ex tot. Urtic.* ãã ℔ß.
*Equiſet. parietar.* ãã ℥iv.

BB

*Bacc. alkekeng.* ℥iv. *Juniper.* ℥ij.
*Sem. petroſel.* ℥j. iv. *frig. maj. contuſ.* āā ℥ij.
*Fl. chamomill. Rom.* Mj. *geniſt.* Mß. *croc.* ℥j.

ulliant leniter & infundantur ſ. a. in Colatura diſſolv. Sacchar. q. ſ. Coqu. in ormam Syrupi.

Aliam adhuc ejusmodi Syrupi deſcriptionem idem Autor *loc. cit.* ut & oxymellis ad frangendum calculum *Gesneri* djungit *lib. 1. Antidotar. ſect. 3.* quæ *bacis juniperinis* quoque exornatur.

*Eſſentia vel Tinctura Juniperina* hic ptimè audit, cujus deſcriptionem dedius ſupra cap. 7. Commendatur illa hoc modo vel ſolo Spir. Vini parata à *Sebizio* o *ſupra jam citato & à D. Philipp. Müller* 62. Miracul. Chymic. cui præſtans quoe & mirabilis audit. Huic nõ valdè abnilis eſt Tinctura, quam tradit *Tileman-* *s p. 191. appendic. d. mater. med.* eanmque doſin & formam utendi poſſit.

Eodem titulo dignum eſt *Elixir Juerinum ſupra quoque cap. 7.* duplici moparatum, & meminimus, *quod. B. D. D. derici P. P. Jenenſis quondam celeberri* illius uſum frequentiſſimum in neitide haberet, ſicut etiam hoc variis locis teſtatur *Protocollo - Medicum Scr.*

Qui

Qui autem majori compoſitico[...]
apparatu delectatur, huic ſatisfacere [...]
teſt Elixir Nephriticum *D. D. Rolfin*[...]
quod ita parat:

℞ *Bacc. juniper.* ℥iij. *heder. arbor.* [...]
*alkekeng. ſeu ſolani veſicarii* ℥ij[...]
*Sem. cynosbat. lithoſperm.* āā ℥j.
*Rad. ſaxifrag. alb. tuberoſ. pimpi*[...]
*ononid. raphan. ruſtican.* āā ℥jj.
*Fragor. matur. ſemin. turgent.* ℥ij[...]
*Ligni Nephritic. ver. aquam cœr*[...]
*colore tingent.* ℥j.
*Fol. heder. terreſtr. veronic. virg.* [...]
āā Mij.
*Flor. melilot. chamæmeli* āā Mß. [...]
*Spir. Salis* ℥ij. *Spir. è fecib. Vin. q.* [...]

Stent in digeſtione per ♀♂ tres, tim[...]
& Eſſentiâ imprægnatus Spiritus ſe[...]
tur ad uſum. Exaltari poteſt Spir. [...]
⊕li. Doſ. ℈ß. ℈j. ʒß. in liquore conv[...]
ente. *Lib. 4. Chim. Sect. 2. cap. 14.*

Aliud deſideranti tale exh[...]
*B. D. D. Schenkius Sect. 3. Syntagm.* [...]
*ſcrib. med. cap. 2. p. 147.*

℞ *Spir. ſam buc. & Junip. è baccis* [...]
His infund. *Nucl. perſicor. ceraſor.* [...]
*Oſſicul. cynosbat. ſem. mil. ⊙is p*[...]
*cucurbit.*
*Bacc. alkekeng. fragor. myrtill.* āā [...]
*tes æquales.*

Stent aliquamdiu in digeſtione [...]
m[...]

entatione, poſtea quod tinctum eſt de-
ntetur, novus iterùm Spiritus affun-
tur, donec omnis vis fuerit extracta.
iritus decantati & virtute lithontripti-
impraegnati deſtillentur l. a. Spiritus
olectus edulcoretur ad modum aqu.
tæ, Tranſcoletur per manicam F. Elixir.

Simile Elixir Nephriticum deſcribit *röderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym.* *p. 52.* cui *baccas Juniperi* quoque ob in-ntes earum dotes abeſſe noluit.

Miſturam Nephriticam ſequentem ltum profuiſſe teſtatur *D. Deckerus* *citat.*

▽. *petroſel.* ℥ij. *fœnic. Theriacal. ſimpl.* āā ℥j.
*Acet. ſtill.* ℥ß. *oc. 69.* ʒj. ☍ *gran. Juniper.* gtt. v.
*Spir.* ⦶. *dulc.* ℈j. *Laud. opiat.* g̃ij.
*Syr. d. V. radic.* ℥j. Miſce.

uſu nobis talis eſt Miſtura:

*Spir.* ⊕*li lithontript. Rolf. ſalis* āā ℥ß.
*Fung. Cynosbat.* ℥iv.
*Extract. Junip. ononid. ſaxifrag.* āā ℥ß.
*Eſſent. oc. 69.* ʒvi. *Sal. juniper. ſuccin.* āā ʒj.
*Syrup. heder. terreſtr.* ℥vi.

c. digerantur per aliquot dies calore
i. Serventur ad uſum. S. Stein Miſtur.
ſ. ℈j. ad ʒß.

*Extractum* inſuper *Juniperi* ad ne-
phri-

phritidem maximi uſus eſt, inprimiis
hoc affectu frequentiſſimè illo, ut &
*juniperino* uti, literis ad nos datis com
mat *Nobiliſſimus Dn. ANDREAS S*
*GIUS, Medicinæ Licentiatus & Sereni*
*mæ Abbatiſſiæ Quedlinburgenſis Archia*
*meritiſſimus.* Extractum compoſitum
quis deſideret, adeat *Quercetani Ph*
*macop. dogm. reſtit. cap. 26.* ubi Extract
Nephriticum majus & minus, utrum
*juniperi* ſuperbiens robore, deſcript
inveniet.

Pulveris Nephritici loco eſſe p
ſunt Species Dianitri *Mynſ.* quarum
ſcriptio juniperi baccas continens vi
poteſt *Sect. V. Armament. Chym. p. 111.*
& Sali nephritico *baccas Juniperi* idem
℥iv adjungit, ſicut *ſect. XI. p. 290. citat*
*bri* videri poteſt.

*Unzerus tract. d. nephrit. p. 178.*
cum maximo fructu dolore nephr
affectis exhibuiſſe teſtatur.

℞ ☍ *ſtill. juniper.* ℈ij. *terebinth*
*chamomill.* ℈j.

M. D. in vehiculo conveniente ibi
deſcripto.

Cum autem olea ita per ſe diffi
ter aſſumantur, Elæoſaccharum ſeq
compoſuimus, cujus uſus tàm in d
ſiſtendo quàm calculo atterendo &
pellendo ſpe nunquam nos fruſtravi

℞ ○○ *expreſſ. arillor. cynosbat.* ℈ij.
*Sal. juniper. terebinth.* ãã ʒß.
*Magiſter. anodyn.* ʒj ⊖. *juniper. petroſel.* ãã ʒß.
*Sacchari q. ſ.* Miſc. S. Stein-Pulver.

Morſulos Nephriticos ſupra deſcripſimus, quibus ſequentes addimus pilulas:

℞ *Extract. juniper. parietar.* ãã. ʒij.
*Terebinth. in aqu. ſaxifrag. coct.* ʒß.
*Pulv. aſellor. præp.* ʒj. ⊖. *juniper. petroſel.* ãã ℈j.

Miſc. F. cum ſ. q. *Elix. Juniper.* maſſa vel pilulæ juſtæ magnitudinis. Doſ. ʒß.

Externè in omnibus inſultibus Nephriticis commendantur Balnea, quoniam *teſte Tralliano* illa non dolores ſolùm leniunt, ſed meatus quoque dilatant, parantur illa ex emollientibus & ſpecificâ virtute calculum reſpicientibus, à quibus baccas juniperi non excludi, palàm eſt. Sic *Riverius lib. 14. cap. 1. Med. Pract.* talem parat inſeſſum. *Externè.*

℞ *Radic. lil. alb. alth.* ãã ℥ij.
*Herb. V. emoll.* ãã M iv. *heder. terr. veron.* ãã Mij.
*Flor. chamæmel. ſambuc. aneth.* ãã p. iv.
*Sem. lin.* ℥iß. *Bacc. Juniper.* ℥j.

Inciſa D. pro inſeſſu ſemicupis.

Oleum Nephriticum externum ſæpe citatus *Mynſichtus ſect. 23. Armament. Chym. p. 462.* ita parat.

℞ ℴℴ *ſuccin. alb. rect. f. terebinth. Juniper.* āā ℥iv.
*Ferment. pan. cib.* ⊖ *commun.* ♀*i* āā ℥j.
∇. *heder. terr. petroſel. ononid.* āā ℔i
Miſc. & per alembic. deſtilla, oleum paratum ſervetur ad uſum.

Præſentaneam ſæpe nobis operram præſtitit ſequens.

℞ ℴℴ. *coct. Scorpion. melilot. chamom.* āā ℥ij.
*expreſſ. amygd. amar. arill. Cynosb.* āā ℥iß.
*at. Tereb. Junip.* āā ℥j. *petroſel.* ℥
Miſc. S. Euſerlich zertheilendes Stein Oel.

## Caput XXI.

## USUM JUNIPERI IN MORIB VESICÆ APERIT.

## I. DE CALCULO VESICÆ.

*Quæſtio an Medici ſit morbos incurabiles aggredi.*

AN medici ſit morbos aggredi incurrabiles, quæſtio eſt famoſa, ad quam reſpondetur negando, quoniam dicente *Roderico à Caſtro lib. 3. Med. Polit. cap.* Me

Medicus ſanitatem nunquam conſequitur, & plus ignominiæ, quàm utilitatis & gloriæ reportabit.

*Morbi incurabiles per ſe.*

*Morbi* autem *incurabiles* ſunt vel *per ſe* vel *per accidens*. *Per ſe incurabiles* ſunt, qui nullâ arte vel ope humanâ ſanari queunt, quales ſunt morbi hæreditarii et congeniti, morbi in numero deficientes, ut defectus membrorum originalis, vel accidentalis, maraſmus inveteratus, cancer confirmatus, ſphacelus, morbi magicis artibus introducti, utpote qui medicamentis naturalibus tolli non poſſunt.

*Morbi incurabiles per accidens.*

*Per accidens* verò *incurabiles* dicuntur, quorum remedia certa & contraria non quidem ignorantur, & aliàs quoque ſanabiles ſunt & ſanantur, in hoc tamen vel illo individuo ob certa accidentia curari non poſſunt, quales ſunt morbi, qui ægri naturam viresque penitus debilitarunt, & licet curabiles fuerint, ob extremam tamen naturæ imbecillitatem omniumque virium defectum curari non poſſunt.

*Morbi ſimpliciter lethales.*

Præterea *Morbi Incurabiles* vel ſunt *ſimpliciter lethales*, vel *utplurimùm lethales* vel *chronici*. *Lethales* ſunt ſimpliciter qui neceſſariò hominem ad mortem perducunt.

*Utplurimùm lethales.*

*Utplurimùm lethales* ſunt, à quibus homo utplurimùm moritur, expertum tamen eſt nonnullos hiſce labo-

*Chronici.*

rantes vitam continuaſſe. *Chronici* ſunt qui quidem lethales non ſunt, curari ta- men non poſſunt, ſed hominem ad mo- tem usque comitantur.

Medicus itaque morbos, qui *per incurabiles & lethales* ſunt, non aggredi- tur, neque hos, *qui per accidens incura- les* ſunt, victis nempe naturæ viribus; enim dicente *Deuſingio ſect. 14. Secun- fœtu Muſſipont. p. 130.* fruſtra & cum probrio artis medicus curationem t- tabit: Cum enim hic naturæ miniſter & Naturæ vires morborum curatri- ſint, fruſtra Medicus laborabit deficie- naturâ, & certè oſtendet ſe ignora- quid & ubi medicina valeat.

Qui verò *incurabiles* putantur & *plurimum lethales* ſunt & vulgò *depl-* habentur aggredi poteſt optimo j- præmiſsâ tamen prognoſi dubiâ & dicto amicis vel adſtantibus mod- ventus, ſic & morbos chronicos non gredi recuſet, non quidem ut ple- eorum ſublationem promittat, ſed palliativè dolores & moleſtias lenia- tamque tolerabilem efficiat.

*Calculus Veſicæ.*

*Calculus Veſicæ* à nonnullis e- pro inſanabili habetur affectu, ut ab *ſto, Mercato Capivaccio*, & aliis, ſi medicus ex illorum ſententiâ illum randum non ſuſcipere deberet, ſed

iam exempla extant quamplurima feli-
iſſimæ tàm per curam Pharmaceuticam,
uàm Chirurgicam calculo Veſicæ affe-
torum reſtitutionis, ideò non videmus,
ur miſeri hi calculoſi ſint relinquendi,
Medicus potius omnem moveat lapi-
em, ut dolores ipſis leniat, calculum
rangat & expellat, & ſi aliter fieri
on poſſit, tandem tentatis remediis ge-
eroſiſſimis per tranſpoſitionem Chi-
urgicam priſtinæ ſanitati reſtituat.

Sic *incomparabilis Sennertus lib. 3. Med. Pract. part. 7. ſect. 1. c. 2.* meminit Hi-
oriæ *Wilhelmi Laurembergii, Profeſſoris oſtochienſis*, qui ſequentibus à Calculo
eſicæ liberatus fuit

℞ *Aſell. præparat.* ʒj. *Spir. Juniper.* ʒij.
*Jur. cicer. rubr.* ℥x.
Miſc.

oſtea hoc non ſatisfaciente, hoc uſus eſt
edicamento:

℞ *Aſell. præp.* ℥ij. *lepor. præp. ſang. hirc. præp.*
*Spong. roſ. ſylv. ſem. violar. purp.* āā ℥j.
*Spec. lithontript.* ʒij. M.F. Antidotum,
ujus antidoti ſumſit ʒij.
*Decocti diuretic. ibid. deſcript.* ℥x.
*Spir. Juniper.* ʒij. Miſce:

iſce aſſumtis & continuatis, addi-
s dolorem ab orificii veſicæ læſione

ortum lenientibus 17. ſeptimanarum ſp[...] tio ab iſto calculo liberatus eſt.

Sic quoque *Savanarola tract. 6. c[...] 19. Pract. major.* commendat *Juniper[...] ejusque oleum injectum p. m. 231.*

Inſeſſum pro doloribus lenien[...] in calculo veſicæ talem paravit *Timm[...] à* Güldenklee *lib. 3. Caſ. Med. p. 277.*

℞ *Herb. veronic. parietar. ſpial. ma[...] c. tot. ſaxifrag. ononid.* āā Mij.
*Flor. chamomel.* Miij. *Sambuc.* Mjj. [...]
*Rad. alth. lilior. petroſel. fœnicul.* āā ℥[...]
*Sem. lin.* ℥iij. *fœn. græc.* ℥j. *Bacc. [...] niper.* ℥iij.

Groſsè inciſ. & contuſ. Coqu. in ſ. q. [...] pro inſeſſu.

Plura de his cum ſuperiori ca[...] dicta ſint nolumus addere, & poſ[...] quoque eorum nonnulla optimè &[...] veſicæ calculo adhiberi.

## II. ISCHURIA.

*Veſicæ Uſus.* VEſica homini à maximo Creator[...] hunc eſt largita finem, ut ſecundæ[...] ctionis excrementum ſeroſum & ac[...] um urinam videlicet excipiat, & j[...] deinde tempore iterùm expellat. Q[...] ſi urina in veſicâ juſto diutius retin[...] tur, oritur affectus, qui *Iſchuria ſeu U[...] ſuppreſſio* nominatur. Hæc ut toll[...] *Internè.* præmiſſis præmittendis:

℞[...]

℞ ♄ ceræ, juniper. terebinth. āā ℈j.
*Sacchari q. ſ.* Miſce. Doſ. ℈j. ad ʒß.
Hoc nunquam nos fefellit.

Sic internè quoque *Aquam Juniperi* prodeſſe teſtatur *Grylingius lib. 4. Med. Pract. part. 2. cap. 6.* & Spiritus diureticus ſequens optimè hic quoque commendari meretur, quem tradit *idem Autor part. 3. De Univerſal. Evacuat. gener. pag. 7.*

℞ *Rad. vincetoxic. valerian. pimpinell.* āā ℥j.
*Liquirit.*
*Herb. beton. capill.* ♀*is* āā Mj.
*Sem. bardan. mil.* ☉*is. fœnic. anis.*
*Bacc. juniper.* āā ʒij. *alkekeng. num.* X. *Flor. geniſt.* pij.
*Vin. alb. q. ſ.*

ſtent aliquamdiu in infuſione loco calido. Deſtillentur ſecundum artem.

Doſ. cochl. 1. ad 2. vel plura, prout morbus requirit.

Vel

℞ *Gland. maj. oblong. German.* Dachß-Eicheln/
*Herb. fragar. geran. bacc. juniper.* āā Mvi.

Conciſ. contuſ. affund. vini opt. ℔ij. coqu. ad caſum 2. digitorum, de hoc Decocto manè & veſperi aſſumatur cyathus unus. *Conrad. Kunrath p. 43. medull. deſtill.*

*Externè.* Externè commendatur Balneum ex *baccis & ſcobe Juniperi*, ut Cataplaſm ex *baccis Juniperi contuſis* & cum mel mixtis *à Sebizio part. 4. Specul. Med. Prac ſect. 7. cap. 8. Poterius* præmiſſo clyſt Iſchuriam 3. horarum ſpatio ſequen fotu curaſſe teſtatur *Curat. 19. Centur. ſervat. 2.*

℞ *Bacc. laur. juniper. ſem. cumin. fœn* ãã ℥iv.
*Fol. rut. abſinth. majoran. praſſ. alb.* *gan. calamenth. puleg.* ãã Mij.

Bulliant in ſ. q. vini & aquæ & fotus lo pectini admoveantur. Poſtea inun tur idem locus *Ol. Scorpion.* & intrò mantur gutt. 4. ol. 🜔li cum juſc pulli.

Sic & *Timæus à* Güldenklee Cly rem emollientem *Bacc. Juniper.* ℥ß ex natum in hoc affectu feliciſſimo cum fectu & Balneum ſequens ordinavit.

℞ *Rad. lil. alb. rub. tinct. ariſtot. rot.* ãã
*Herb. malv. parietar. abrotan. ar miſ. origan. prunell. vulg. levi heder. terr.* ãã Mij.
*Flor. chamomill.* Miij. *ſambuc. hyp* ãã Mj.
*Sem. lin.* ℥ii. *fœn. græc.* ℥iß.
*Bacc. juniper.* ℥iij.

Inciſ. & conquaſſata Coqu. pro Bal

Ungventum ſequens magnum c que pollicetur levamen.

℞ *Ungv. alth. ſimpl.* ℥ß. *Ol. Scorpion. coct.* ʒj.
*℔ deſtillat. juniper. thereb.* āā ℈j. M.
S. Euſerlich Sälblein.

## III. STRANGURIA.

AVari eſt tenaciter & invitè reddere, antea quod accepit. Sæpè avaritiæ titulo notari poſſet veſica, quæ urinam guttatim & cum dolore emittit in ſtranguria, quæ, cum maximè moleſta ſit, ſui requirit ablationem, propterea hic optimè adhiberi poteſt Miſtura Diuretica *D. Angeli Salæ*, quam in *appendice Mixturarum, Præpar. Anatome Eſſentiarum Vegetabilium annexâ p.m.* 228. ita parare docet. *Stranguria.* *Internè.*

℞ *Eſſent. parietar.* ℥ij. *Rad. ononid.* ℥iß.
*Pimpinell. hircin. ſem. ſaxifrag. alb.* āā ʒvi.
*Glycyrrhiz. bacc. Juniper.* āā ℥j.
*Fruct. alkekeng.* ℥iij.
*Elæoſacch. chærefol.* ʒj.
Miſce Doſ. à ʒß ad ʒj vel ℈ij.

Vel

℞ ▽. *gran. Juniper. ſine vino parat. portulac. plantag.* āā ℥j.
*Syr. portulac.* ℥j. *Trochiſc. d. alkekeng.* ℈j.
⊖ *juniper. ſuccin. pix.* āā ℈j.
Miſc. D. S. Harntreibendes Tränckleín. *Externè.*

Externè commendat *Sebizius part. Spec. Med. Pract. ſect.* 7. *c XI.* ſequens:

℞ *Avena* Mj. *Bacc. Juniper.*
*Herb. puleg. rut.* āā Mj.

Coqu. in menſura 1. aquæ, vapor cale-tis decocti excipiatur per inferiora. ℞-ſiduum ingredientium conjiciatur i-ſacculum, calideque regioni veſicæ a-plicetur.

Vel

℞ *Ung. anodyn. ſev. hirc.* āā ℥ß.
°° *maſtich. juniper.* āā *deſtillat.*
Miſc. S. Sälblein.

## IV. MICTIO CRUENTA.

*Mictio cruenta.*

SIcut quilibet viſo vel audito crue-imbre expaveſcit & contremiſcit, c-mala graviſſima ſubſecutura idem a-nunciare ſoleat, ita meritò homo, aquei humoris loco ſanguinem per u-nam excernit, terrorem concipit, q-niam ſanguinis illa excretio parùm b-ominari ſolet, quapropter ne gravi-ſecum trahat mala, omni ſtudio inc-bendum, ut cauſæ cruenti hujus ni-removeantur.

Optimo cum ſucceſſu in tali c-purgato corpore adhiberi poteſt-quens :

℞ *Tinct. corall. rubr.* ♂ *is adſtring.* ā-
*Eſſent. juniper.* ℨß. Miſc. S. Miſtu-

Externè Balſamum ſequens mul-præſtare ſalutem tempore tribulati-

[a]ffirmat *B. D. D. Rolfincius. lib. 9. Con[ſ]ultat. 4.*

℞ ∘∘ *N. Moſch. expreſſ.* ℨiij. *menth. criſp. abſinth. cinamom. caryophyll. alb. angel.* āā ℥x.
*Juniperini* ℈j.

[I]n pyxide eburneâ M. S. Magen-Bal[ſ]am.

In hujus defectu *vel ſolum oleum Ju[ni]peri* officium faciet, cum & illud pro[d]eſſe teſtetur *Conrad. Kunrath medull. de[ſt]ill. p. 441.*

## Caput XXII.

## [J]UNIPERUM MEDICAMEN[T]UM UTERINUM AD UTERI MORBOS PRONUNCIAT.

### I. UTERI DOLORES.

[P]Oſſibile eſſe uterum variis doloribus affici nemo facilè negabit, cum ille [c]orporis pars ſit membranoſa exquiſito[q]ue ſenſu prædita, ſæpiusque per experi[e]ntiam uterini dolores nobis innote[sc]ant graviſſimi variis ex cauſis vel hu[m]oroſis vel vaporoſis aliisque excitati. *Uteri dolor.*

In his tanquam ad ſacram ancho[ra]m ad *juniperina* videlicet confugere li[ce]t *medicamenta*, eoque magis, ſi malum [a f]latibus ortum ducere videatur.

Sic

*Internè.* Sic ad dolores uterinos *baccas & Spi* *Juniperi* commendat *Sebizius part. V. Spe* *Med. Pract. Sect. 2. cap. XI.*

*Rodericus à Caſtro* in doloribus ute nis uterinum proponit clyſterem *lib.* *de morb. mulier. cap. 8.* qui talis eſt.

℞ *Fol. origan. petroſel. helen. aneth. a* *themiſ.* āā Mß.

*Sem. nigell. cumin. dauc. aniſ.* āā i *bacc. juniper.*

*Spic. nard. nuc. moſch. junc. odor* *cinamom.* āā ʒß.

M. F. Decoctio in ſ. q. vini opt. ad me as pro Clyſtere uterino.

Aquam Theriacalem *idem* tra *Autor loc. cit.* quæ

℞ *Fol. ſalv. ebul. beton. hyperic. chama* *ſambuc. chamæpyt. origan. pu* *rut. hyſſop. caryophillat. gent* *ariſtol. rot.* āā Mß.

*Polypod. ſchœnanth. ſpic. caſſ. lign.* *cis* āā ʒj.

*Bacc. laur.* ʒß. *F. chamomill.* ʒij. *n* *perſicor.*

*Balſamin. pimpinell. chelidon. agrim* āā ℥ij.

*Roſmarin.* ℥j. *diptamn. tormentill.* *bioſæ* āā ℥iv.

*Sem. bardan.* ʒj *aniſ. fœnicul.*

*Serpill. pom. alkekeng. gran. juni* *petroſel.* āā ℥ß.

Se

*Sabin. naſturt.* ãã MB. *carvi, cumin. Seſel.* ãã ʒß. *rad. ireos, tamariſc. c. flor.* ãã ℥ß.

Ex his omnibus F. Pulvis, qui dividatur in 6. partes, quarum 1. ponas in ſ. q. aqu. vitæ ter deſtillat. per diem naturalem, deinde deſtillabis. Poſtea alteram partem pulveris in aquâ ſi deſtillatâ macerabis, ſimiliterque deſtillabis, & ſic deinceps. Ultimum liquorem ſerva & adde:

*Nuc. moſch. macis, cardamom. cinamom. zedoar.* ãã ℥iij *agalloch. ſandal. alb. & rubr. coſt* ãã ℥ij. *oſſ. d. cord. cerv.* ℥j. *theriac. antiqu.* ℥j *zinzib. amon. cubeb. gran. paradiſ. galang. piper.* ãã ʒIV. *Moſch.* (*ſi dives ſit*) ℥j *vel amplius.*

Per triduum omnia in prædictâ aqua madefiant, deinde in MB. lento igne iterum deſtillentur, tandem adde mell. deſpumat octavam partem & cum per diem quieverint, deſtilla & ſerva: nam ſunt eximiæ hujus aquæ vires, nec ſolùm dolores ſedat & flatus diſcutit, ſed plerisque aliis morbis à causâ frigidâ aut malignâ ortis etiam opitulatur.

Externè non ſemel in doloribus urinis experti ſumus ſequentis linimenti vires, *Externè.*

*Ung. anodyn.* ℥ß. ♀ *deſtillat. carv melliß. juniper. ſuccin.* ãã ℈ß.

## II. TORMINA POST PARTUM.

*Dolor poſt partum.* CUm ſexum fœmininum nunquam ffr quentiùs de doloribus uterinis cco queri audiamus, ac poſt partum, merri & hoc loco de illis agimus.

Sequenti oleo magnam adſcri il efficaciam *Riverius*, quod tempore id neo componi & in officinis aſſervari d bet, *lib. 15. Med. Pract. cap. 21.*

℞ *Radic. ariſtol. rot. ir. Flor. pæon.* ãã *cyper.* ℥ß.

*Fol. ſicc. arthemiſ. matricar. origg. puleg. calament. dictamn. c abſinth. ſabin. rut. betonic. ſ* ãã Mj.

*Flor. anthous, ſtœchad. lavendul. an chamæmel. hyperic. ſambuc.* ãã M

*Gran. laur. juniper.* ãã ℥ß.

*Sem. rut. pæon. dauc. agn. caſt.* ãã

*Caryophyl. nuciſt. cinamom. zin* ãã ʒij.

Omnia conciſa & contuſa Miſc. ac in veter. ℔vi. macerentur, ſtent per ſe manam in vaſe fictili clauſo, dein ſu calidos cineres ſpatio 4. vel 5. horar bulliant, poſtea oleum exprimatur & uſum aſſervetur.

Porrò ſequens fotus ut præſcri tur autor eſt idem *Riverius loc. cit.*

℞ *I*

℞ *Rad. alth.* ℥ij. *Herb. V. emoll.* āā Mj.
*Foll. melιſſ. matricar. arthemiſ.* āā Mij.
*Sem. Carv.* ʒß. *Bacc. juniper.* ℥ij.

[.]ciſ. D. ad ſacculos duos quadratos in [.]cte coquendos & hypogaſtrio tepidè [.]ternatim applicandos.

*Elixir Juniperinum* additis ol. carvi [g]utt. ij. & cum eſſentiâ anodynâ mixtum cum ▽ menth. exhibitum nec non linimentum in dolore uterino deſcriptum, quamplurimis puerperis præſentane[u]m præſtitiſſe operam novimus. *Obſervatio.*

## [.]III. SUFFOCATIO UTERINA.

QUanta commoda ſexus fœmininus ab utero ſentit, tanta quoque incom[m]oda ab eodem experitur, & ſic verè di[ci]tur:

[*Co*]*mmoditas omnis ſua fert incommoda ſua.*

[Q]uidem non ad ſexus ſolùm propaga[tio]nem, ſed ad ſanitatis quoque con[ſer]vationem uterus mulieribus da[tu]s, at maximis quoque cruciatibus [ab] illo provenientibus è contrario [ſun]t obnoxiæ, è quibus non poſtremi, [qu]i ab *Uteri* proveniunt *Suffocatione.* [Ma]lum hoc variis inſignitum eſt nomini[bu]s, vocatur enim *uteri ſuffocatio, ſtran[gul]atio, Præfocatio, Paſſio Hyſterica* & *Syl[vio]* *lib. 1. Prax. Med. cap. 2, 19. & 22. Suffo[cati]o Hypochondriaca* audit, quoniam ſym- *Uteri Suffocatio.*

ptomata-

ptomata, quæ in acceſſione illius obſ[ſer-]
vantur, non tàm ex utero, quàm hyp[o-]
chondriis affectis provenire putat. N[on-]
nulli etiam *uteri aſcenſum* & *ſuffocation[em]*
eundem ſignificare morbum autuma[nt;]
ſed optimè monet *Rodericus à Caſtro lib[.]*
*d. morb. mulier. cap. 17.* in uteri aſce[nſu]
tot tamque varia ac gravia ſymptom[ata]
non adeſſe, ut in ſuffocatione uterin[a.]

In πολυμόρφῳ hoc affectu *Jun[ipe-]*
*rus* quoque præſtò eſt, ideoque & in[ter]
ſimplicia hyſterica refertur *à Savanar[ola]*
*tract. VI. Pract. major. cap. 21.* Adhibe[tur]
ea tàm in paroxyſmo, quàm extra pa[ro-]
xyſmum.

Clyſteres tempore paroxyſmi [ad-]
hibiti multum ſpondent levaminis; [et]
*Riverius lib. XV. Med. Pract. cap. 6.*
præſcribit enema:

℞ *Rad. bryon.* ℥j. *Herb. arthemiſ. p[u-]*
*meliſſ. beton.* ãã Mj.
*Sem. carv.* ʒiij. *bacc. juniper.* ʒij.
Coqu. in ſ. q. ▽æ commun. in Colat[.]
℥x. ſolv.
*Mell. anthoſat.* ℥iij. *ol. rut.* ℥j.
*Elect. biecr. pier. log.* ℥ß. *Tereb[in-]*
*cum vitell. ov. ſolut.* ʒij
M. F. Clyſter pro neceſſitate aliqu[o-]
reiterandas.

Similiter clyſterem tempore p[aro-]
xyſmi adhibuit *Platerus*, cui *vaccæ* [...]

*peri* erant additæ, cujus deſcriptionem tradimus ſupra de ſyncope.

Internè *Spiritum Juniperi* à paupe- rioribus mulieribus adhibitum paro- xyſmos hyſtericos feliciſſimè ſolviſſe & ab illis liberaſſe non ſemel vidimus. *Internè in paroxyſmo.*

Sic aquam Hyſtericam *Spiritu Juni- peri Timæus à* Güldenklee *p. 406. Deſcript. medicament. caſ. med. annexæ* & *Querce- tanus* Extractum Hyſtericum majus *bac- cis Juniperi cap. 26. Pharmacop. dogm. reſti- tut.* nobilitat.

Tinctura Granorum Actes *Hart- manni* & *Mynſichti* ſi cum *Spiritu Juniperi rectificatiſſimo* præparetur, multò melior, & penetrantior evadit, ſicut hoc ſæpè ſumus experti.

*Elixir Juniperinum* vel per ſe vel cum *eſſentiâ caſtorei* permixtum hyſteri- cis optimè profuiſſe & multoties *à Nobi- liſſ. D. D. Friderici p. m.* exhibitum ma- ximo cum fructu novimus illudque in- ſuper confirmat *Protocollo Medic. MScr.* variis in locis.

Elixir uterinum ſequens tradit *B. D. Hofmannus Theſaur. Pharmaceut. pag. 62.*

*Spir. Juniper. opt. balſamic.* ℔iß.
*Croc. Auſtr.* ʒß. *caſtor.* ʒij. *ferment. anodyn.* ʒij.
*Elæoſacch. ſuccin.* ℥ß.

U Mixta

Mixta ſtent in digeſtione aliquamd[iu]
poſtea filtrentur. Doſ. à gutt. V. ad
in vehiculo convenienti.

Inter generoſiora quoq; præſidia ref[er]-
ri meretur Balſamus polychreſtus dic[tus]
*Magnif. Dn. D. FROMMANNI, Conſ[ul]*
*& Phyſici Northuſani meritiſſimi*, cujus
eſt deſcriptio:

℞ ℴℴ *ſuccin. alb.* ʒvi. *junip. tereb.* ā ā
*laur. expreſſ.* ℥j.
*Galban.* ℥ß. *oliban. myrrh. aloës* ā ā
*Caſtorei* ʒiij. *flor.* ♀*is* ʒx. *rad. angel.*
*Croc.* ʒiß. *cubebar. cardamom.* ā ā

Terenda terantur & infundantur
hinc per retortam deſtillentur S. Ba[lſa]-
mus polychreſtus.

Sequens eſſentia uterina compo[ſita]
ob inſignes, quas poſſidet, dotes
frequenter in uſu eſt.

℞ *Herb. matricar. menth. meliſſ.* ā ā
*Flor. anth.* Mß. *chamomill. hort*
*vend.* ā ā pij.
*Sem. carv.* ℥iß. *ſeſel. aneth.* ā ā ʒv
*Rad. zedoar.* ℥j. *acor. coſt. amar.* ā ā
*Cort. aurant.* ʒvi. *bacc. Juniper.*
*laur.* ℥j.
*Caſſ. lign.* ʒvi. *anthophill.* ℥ß.
*cubeb*
*Cardamom. excorticat.* ʒiij.
*opt.* ʒiijß.
*Camphor.* ℥j. *myrrh. ſuccin. alb.* ā ā
*Gum. ſagapen.* ʒiij.

*Caſtorei* ℨiß. *Opii crud.* ʒiij. *balſ. Indic. ver.* ℨj.

Conciſ. contuſ. infund. in ſ. q. *Spir. Juniper.* opt. rectificat. digerantur per ♂ ♀. tinctum quod eſt decantetur, novus ſpiritus affundatur, conjuncti liquores parum exhalent, quibus poſtea adde

*Ol. deſtill. ſuccin.* ʒj. *carvi, meliſſ.* āā ℈ß.

Circulentur juſto calore tàm diu, donec oleorum veſtigia amplius non appareant, & poſtea ſervetur ad uſum.

Doſ. in uterinis affectibus à ℈j ad ß. Sed prægnantibus non exhibeatur.

Externè in paroxyſmo ſacculum ſequentem adhibet *Riverius loc. ſupr. cit.* *Externè in paroxyſmo.*

℞ *Rad. angel.* ℨj. *Herb. beton. meliſſ. matricar.* āā Mij. *arthemiſ. puleg.* āā Mj.
*Sem. lin.* ℨß. *carv.* ʒiij. *Bacc. junip.* ʒij.

Incidantur omnia ad ſacculum quadratum, qui in vino rubro coctus applicetur.

Nec inutiles ſunt ſpecies ſequentes pro ſuffitu in paroxyſmo hyſterico.

℞ *Lign. ſantal. citr. juniper.* āā ℨß.
*Gumm. benz. ſtorac. calamit.* āā ʒiij.
*Verruc. equ.* ʒvi. *Gall. moſch. q. v.*

Conciſ. contuſ. M.S. Species zum Rauch.

Prunis candentibus imponantur & vero excipiatur fumus.

Linimentum ſequens umbilico &

ventri inunctum magnum ſemper ex-
buit in hyſtericis inſultibus levamen.

℞ ℴℴ menth. matricar. juniper. ãã ʒj.
gagat. ſuccin. ãã ℈j.
Bal. d. Peru. ʒj. Axung. caſtor. ʒj.

Miſc. F. linimentum S. Mutter S-
blein.

*ExtraParoxyſmū.* Extra Paroxyſmum commenda-
tur medicamenta humores peccan-
alterantia, evacuantia, diaphoretica,
diuretica, quibus omnibus *Junip*
cum ſuis partibus propter ſingula-
ἐνέργειαν admiſcetur.

*Interna.* Sic *Platerus lib. 1. Obſervat. pag.*
ſequens Vinum uſuale matronæ hyſt-
cis accidentibus obnoxiæ ordinavit.

℞ *Rad. valerian. Meu* ãã ʒvi. *Imp-
tor. angel.* ãã ʒiij.
*Herb. ſicc. meliſſ. majoran. artem.
thym.* ãã ʒiß.
*Abſinth.* ʒij.
*Flor. roſmar. pœon. lavend.* ãã ʒ
*Sem. cymin.* ʒj. *pœon.* ʒij. *fœnic.* ʒ
*Bacc. laur. Juniper.* ãã ʒß.
*Fol. plantag. ſicc. num. X.*

Infund. in Menſur. X. Vini, & de eo
bat.

Diaphoreticum deſiderantibus
in affectu hyſterico ſæpius exhibui:

℞ *Tinctur. uterin. Mynſ. juniper* ãã
*Spir. ✱ci. C. C.* ℈ *e volat. imp*
ãã ℈j.

[M]iſc. D. S. Schweißtreibende Mutter [M]iſtur Doſ. ʒß ad ℈ij.

Diureticum tale ordinavimus poſtea.

℞ *Mag.oc.69.* ⊖ *juniper. ſuccin.* āā ℈j.

[M]iſc. D.S. Urintreib. Saltz auf 2. mahl.

Singulare quoque eſt electuarium [u]terinum ſequens.

℞ *Conſerv. fl. anth. meliſſ. menth.* āā ℥ß.
*Condit. rad. enul. Zedoar.* āā ʒvi. *caryophill.* ʒiij.
*Electuar. diacor.* ℥j.
*Extract. cort. aurant. Juniper. cubebar.* āā ʒj.
*Spec. aromat. roſ. incompl. diagalang.* āā ℈iv.
⊖ V*is angelic.* ⊕*li* ♂*is* āā ʒij.

[M]iſc. omnia F. electuarium inſtillando [a]b finem.

°°° *angel. bacc. juniper. cort. aurant. carv.* āā gv.

[M. D.] in pyxide S. Alterir und ſtärckender [Z]ucker.

Externè ad præſervationem paro[xy]ſmi hyſterici jam laudatus Platerus *lib.* [O]*bſervat. p. 200.* ſequens Decoctum pro [...]diluvio & triplicatis tunc ingredienti[bu]s pro Balneo quoque cum ſucceſſu ſe [pr]æſcripſiſſe teſtatur. *Externa extra Paroxyſmu.*

[℞] *Rad. ireos, Rub. maj. lil.* āā ℥ij.
*Herb. arthem. nepet. matric. meliſſ.* āā Mj.
*F. chamomill. anthos.*

℞ *Bacc. Laur. Juniper.* āā pj.
*Sem ſeſeleos* ℥ß. Miſce
Pro decocto ad fotum.

## CAPUT XXIII.

## JUNIPERUM MENSIUM MORBO[S] DEPELLERE PROMIT-TIT.

### I. MENSIUM RETENTIO.

*Menſes cur flores dicantur.* HAud imperitè *Benedictus Sinabaldu[s]* *lib. VI. geneanthtropœjæ* ſed ingen[iosè] ſe ſciſcitatur, *unde menſium fluxus flo[res]* vulgari nomine appelletur, putatq[ue] *tractat. 1. cap. 1. cit. libr.* ideò *flores* di[ci], quod in *primo juventæ flore* appare[at], quodque, ſicut arbor, è qua *flores* eru[m]punt, non ſterilis ſed fœcunda cenſe[tur], ita & mulier, cui menſtrualis cath[arſis] debito modo, tempore & figura acc[edit], utplurimùm fœcunda audiat, nec n[on] quod *floridus hic ſangvis*, non fœti[dus] non tabo remixtus eſſe debeat, vel [de]que quod *mulieres floridas* ſanguineas [ſuus] fluxus reddat, quod etiam adeò ve[rum] eſt, ut quæ illâ defraudantur, illic[ò in] chloroſin, cachexiam, phthyſin, hy[dro]pem ſimilesque non minùs pernitii[osas] quàm deformes ægritudines, form[æ] ſpeciem atq; omnem vitæ floridum [de]corem deturpantes ac deſtruentes, i[ncı]dant, quare cum magna pars ſanitat[is]

egitimo menſium fluxu poſita ſit, meri-
ò ſi ille ſupprimatur, in tempore quæ-
endum eſt auxilium.

Variis autem ex cauſis *menſium* con-
ingit *ſuppreſſio*, & quidem vel ſanguinis
itio, ſi ejus adſit vel nimia copia, vel ni-
nius defectus, humorum copia ſi illi a-
undent ſangvinemque corrumpant,
nprimis ſi pituita ſangvinem incraſſet
t ferè coagulet vaſaque per quæ tranſire
ebet, obſtruat. Contingit quoque *menſi-
m obſtructio* vel ab uteri clauſura, vel à
aſorum anguſtia, quæ tamen utpluri-
ùm à nimiâ pituitâ ortum ducit, inter-
um etiam, quod tamen raro evenit, à
arctione & conſtrictione ob nimium
ritur.

*Menſium ſuppreſſio.*

Si itaque menſes ob ſangvinis, quod
lerumque fieri ſolet, craſſitiem, vel pi-
uitoſorum humorum abundantiam,
upprimantur, à plerisque autoribus
*uniperina* adhibentur *medicamenta*. Sic
nter ſimplicia menſes moventia *Baccæ
uniperi* referuntur *à Sennerto*, *Roderico à
aſtro*, *Sebizio*, *Barbette*, aliisque quam-
lurimis. Compoſitis quoque variè ex
*unipero* præparata admiſcentur *medica-
menta*, ſive ad præparationem, ſive ad
vacuationem alterationemve humo-
um peccantium ſint exhibenda.

*Aqua*, *Spiritus*, ⊖ *Juniperi* in menſi-

um retentione commendantur *à Sebiz* *part. V. Specul. med. Pract. ſect. 2. cap. 2.*

*Interna* Vinum Medicatum tale exhib *D. Dekerus in not. ad Prax. Barbett. ca* *XI. p. 233.*

℞ *Rad. imperator. dictamn. alb.* āā ℥ *acor.* ℥ß.
*Fol. arthemiſ. puleg. calam. mont.* Mß. *ſabin.* Miß.
*Sem. dauc. ſeſel.* āā ℥ß. *bacc. junip.* ℥
*Cinamom. acut. cort. aurant.* āā ℥i

Conciſa & groſſo modo contuſa inſua tur ſacculo & affundantur
*Vin. gallic. pint.* iij.

De quo bis de die aſſumantur ℥ inſtillatis ſpir. Salis Armoniac. gutt. v

Aliud deinde incidens, aperien purgans idem ſubjungit pag. ſequen quod tale.

℞ *Rad. ariſtol. rot. galang. rub. tinct* *Bryon.* āā ℥iij.
*Ellebor. nigr.* ℥j *gialapp.* ℥ß.
*Fol. puleg. ſabin. calam. mont.* āā M
*Bacc. laur. juniper.* āā ℥ß. *Trob* *alhandal.* ℥j.
*Caryophill.* ℥ß. ♀i *crud.* ℥j.

Concif. & contuſ. inſuantur ſacculo & a fund. vin. gallic. pint. IV.

Doſ. alternis matutinis ℥iij. cu VI. gutt. Spir. ✳.

Evacuato corpore humoribusq pr

præparatis & evacuatis malum ſi morem gerere recuſet, ulterius exhibenda, menſes quæ provocare valeant, inter quæ locum haud poſtremum tenent diaphoretica & diuretica. Sint autem diaphoretica talia, quæ Sale volatili abundant, per hæc enim humores craſſi, viſcidi & pituitoſi optimè alterari & attenuari poſſunt, monente *Sylvio lib. 3. Prax. med. cap. 3.* vis medicamenti eò facilius ad extremos vaſorum viarumque ſinus penetrabit, in quem finem non ſecus ac alii magnæ famæ medici tale parat Apozema.

℞ *Rad. apii, leviſtic.* ãã ℥ß.
*Raſ. lign. guajac.* ℥iij. *ſaſſafr.* ℥ß.
*Bacc. Juniper. laur.* ãã ℥ß. *herb. ſcord. puleg.* ãã Mj.
*Summit. cent. min.* Mß. *Sem. milii* ʒij.
Coqu. ex aquâ purâ ad colatur. ℥xxx. add.
*Syrup. arthemiſ. card. bened.* ãã ℥ß.
*Tinctur. cinamom. caſtor.* ãã ℥ß.
*Ol. ſuccin.* gutt. IV. Miſce.

Hujus Apozematis hauſtulum calentem ſumat ægra manè, atque ſtragulis commodè tecta ſudorem expectet, quando poſt horulam nondum prodeat, aſſumpto juſculo illum promoveat, idque ſæpiùs repetat, inprimis circa tempus conſuetum fluxus menſium, quo ſimul ad uterum denuo propellatur ſanguis.

*Rodericus à Caſtro* ſequentis decocti

meminit *lib. 1. de Morb. Mulier. cap. 44*
quod diuretica vi pollere videtur.

℞ *Faſeolor. cicer. rubr.* āā pj. *ſem. junip.* ℥ij
*Rad. rub. ruſc. raphan. ſylv.*
*aſparag. petroſel.* āā ℥ß.
*Chamædr. recent.* Mj. *Sem. ammeos*
*aniſ. fœnic.* āā ʒij.

F. ſ. a. Decoctio.

Sequens Decoctum ad menſes de-
ſcribit *Tabernæmontanus lib. 3. Herbar.*
*part. 2. cap. X.*

℞ *Bacc. Juniper.* Mi. *Rad. rub. tinct.*
*Cinamom. myrrh.* āā ℥ß.

Coqu. in ſ. q. ▽æ arthemiſ. ad tert. part.
conſumtionem. Colaturæ add.

*Borrac. Venet.* ʒij.

Miſc. bibatur hauſtus manè & veſpe-
calidè. Decoctum quoque ad menſium
ſuppreſſionem *baccis Juniperi*, & pilul.
de ſabinâ, quas maximè in hoc affect.
deprædicat, *Oleo* exornat *Mynſicht.*
*Armamentar. Chymic. p. 389. & 154.*

*Savanarola tractat. VI. Practic. ma-*
*jor. cap. 21.* in cauſa trigidâ & coarcto-
ſequentem præſcribit ſyrupum:

℞ *Calament. domeſt. & ſylveſtr.*
*Puleg. rad. enul. camp. ireos, matric.*
*Rad. Juniper. hypericon.* āā Mj.
*Rub. tinct. zedoar. doronic.*
*Sem. nigell. dauc. polii,*
*Praſſ. ſquinanth.* āā ℥IV.

Co-

Coqu. omnia in ℔vi ▽æ, bulliant ad conſumtionem medietatis & coadu-na utraque calamenta & adde ℔ij, co-que & initio decoctionis immitte

*Spic. caſſ. lign. aſar. caryophill. ma-ſtich.* ãã ℥j.

Et ſint ſubtiliter pulveriſata in panno li-neo poſita ad bulliendum & addantur ℥iij aceti ſquillitic. ſi non ſit quod prohi-beat eum. Doſis eſt ℥ij in aurora cum aqua matricariæ. Miſturam talem ex-tollit *Grylingius lib. 4. Med. Pract. cap 9.*

℞ *Extract. Juniper.* ʒvi. *croc.* ʒß.
*Rob ſambuc.* ℥ß. *pulv. ſabin.* ℈j. *cina-mom.* ʒß.
*Syrup. cinam.* ℥iij. *conſerv. borrag.* ℥ß.
°° *aniſ.* gtt. iij. *cinam. chamomill. deſtillat.* ãã gtt. iv.

Miſc. F. Miſtura.

Pulverem ex ⊖ibus exhibet *Idem Autor loc. cit.*

℞ ⊖ *juniper. arthemiſ. chamomill.*
♀*i alb.* ⊕*li* ãã ʒß. Miſce.

Eſſentia uterina noſtra ſupra deſcripta ſpem & expectationem frequentiſſimè implevit, ut & ſequens miſtura.

℞ *Miſtur. ſimpl.* ℥ij. *tinctur.* ♀*i* ℥iß.
*Elix. Juniper. eſſent. ſabin. croc.* ãã ʒj.
*Syrup. adianth. Fernel.* ℥ß. *ſpir.* ✻*ci* ℈iv.

Miſc. S. öffnende Miſtur. Doſ. à ℈j ad ℈ij pro ratione circumſtantiarum.

Exter-

*Externa.* Externè in menſium obſtructione ſuif[...] fitus ex baccis lauri, *juniperi*, ex caſſiâ li[...] gneâ, caryophillis, Xyloaloe, nuce mo[...] ſchat. junco odorato, herbis ſiccis aliis[...] que rebus odoratis adhibet. *Rodericus* [...] *Caſtro loc. citat.*

Balneum ad menſes provocando[...] ex ſequentibus parare jubet *Grylingius* *loc. ſupra citat.*

℞ *Herb. arthemiſ. chamædr. chamæpy[...]*
*Abrot. ſerpill.* ãã Mj. *meliſſ.* Miß.
*Salv. rut. puleg. abſinth.* ãã Mß.
*Flor. chamomill. bacc. juniper.* ãã Mij[...]
*Sem. lin.* ℥j. *Flor. ſambuc.* Mß.

Inciſ. & concluſ. D. ad chartam S. Speci[...] es pro balneo.

Balſamum uterinum talem exhibe[...] Schröderus *lib. 2. Pharmacop. med. chym.* *cap. 87.* ad menſtrua movenda & ſuffo[...] cationem uterinam tollendam maxim[...] proficuum.

℞ *Galban. puriſſ. ſerapin. elect.* ãã ʒvj.
*Aſ. fœtid.* ʒß. *Gum. ammoniac.* ʒj.

Diſſolv. in *Ol. Juniperi* & Tereb. adden[...] do ol. Laur. ſtill. ℈ß. ſuccin. ℥ß. M.

II. NIMIUS MENSIUM FLUXUS.

Πᾶν τὸ περιττὸν τῇ φύσει πολέμιον: O[...] mne nimium naturæ inimicum. H[...] *Nimius menſium fluxus.* ſi unquam verum ſit, verum eſt in *flu*[...] *xu menſium*, ubi non minùs defectu[...] quàm exceſſus naturam debilitat, co[...]

cepti[...]

ceptionem & propagationem generis humani impedit totalemque ſterilitatem inducit ipſamque quandoque vitam adimit. Inprimis *nimius menſium fluxus* naturæ maximè eſt inimicus, & oritur ille (1) *vel à nimiâ ſangvinis copiâ* (2) *à variâ vitioſâ ſangvinis qualitate tenuiori, ſeroſioſiori, acriori, ſalſiori &c.* (3) *à vaſorum laxitate,* (4) *à nimio medicamentorum ἐμμηναγωγῶν uſu.*

In hocce malo *Juniperum* etiam aliquid commodi præſtare mirum non eſt, cum non abſurdum ſit unum idemque medicamentum diverſis & contrariis morbis poſſe adhiberi, quoniam nonnulla medicamenta diverſas vires poſſident & ob diverſam quoque præparationem ad diverſos uſus optimo jure poſſunt adhiberi, ſicut illud exemplo martis ſuccini aliorumque ſatis elucescit. Sic & *Juniperus* tàm menſium obſtructioni, quàm nimio eorundem fluxui optimo opponi poteſt jure; Notum enim eſt, medicamenta acida acrimoniam bilis ⊖inam, ſalsa, ſpirituoſa, oleoſa lymphæ aciditatem & acrimoniam nimiam temperare, at talia ex Junipero præparari poſſunt, cur ergò non commodè adhibeantur?

Si itaque nimium menſium fluxum ab acriori & ſalſiori ſangvinis qualitate vitioſâ vaſa erodenti provenire videamus,

mus, optimè conducet ad emendatio-
nem vitioſæ hujus qualitatis *Spiritus* ex
*ligno juniperino*, *Spiritus* ⊖is *juniperini*,
*Magiſterium Juniperi &c.* vel per ſe vel a-
liis permixtis ſi adhibeantur. Sic haud
ita pridem in ſimili caſu *Spir. ex ligno Ju-
niperi* cum tincturâ ♂is adſtring. ãã mi-
ſtum optimo cum ſucceſſu exhibuimus.

*Obſervatio.* Similiter in nimio menſium flux
ab acidiori & acriori qualitate ſangvinis
feroſâ proveniente ſequens præmiſſo e-
lectuario hydragogo ſuprà deſcripto in
aliâ hic loci matronâ honeſtâ exhibui-
mus.

℞ *Pulv. cydoneor. exſicc.* ℥ß. *Terr. ſigil.*
*Bol. armen.* ãã ʒj. *Sal. corallor. juni-
per.* ãã ℈iv.
*Magiſter. anodyn.* ʒß. *Elæoſaccb. ma-
ſtich.* ʒij.

Miſc. F. Pulvis D. S. Anhaltendes Pulver.

Addidimus ulterius miſturam ſequen-
tem:

℞ *Eſſent. vulnerar. Rolf.* ℥ß. *anodyn.* ʒ
*Tinctur. Juniper. ſambuc. ex rob uti
usque confect.* ãã ʒj.

Miſc. D. S. Still Miſtur.

His adhibitis malum victas dedit
palmas coactum eſt.

*D. D. JOH. CUBA* in *Tractatu Ger-
manico* Frauen Artzeney *dicto Baccas &
corticem Juniperi* ad nimium menſium
fluxum

fluxum, ſi contundantur & cum vino exhibeantur, commendat, ut & *baccas Juniperi per ſe comeſtas p. 23.*

Sic & *gummi Juniperinum* carbonibus injectum ſi corpus & muliebria illo fumigentur, nimium menſium fluxum ſiſtere dicit *Conrad. Kunrath p. 425. medull. deſtillator.*

## III. FLUOR ALBUS.

Κακȣ̃ κόρακος κακὸν ὠόν. Mali corvi malum ovum; Verè hic quadrat, *fluor* enim *ille muliebris* malus malorum quamplurimorum nuncius & prodromus eſſe ſolet graduque non teſtudineo ad ſterilitatem ipſamque mortem mulieres deducit.

Eſt autem *Fluor albus* præternaturalis humorum vel alborum vel ſanioſorum, ſeu citrinorum ſeu lividorum aut viridium, viſcidorũ nonnunquam, nonnunquam tenuium & aquoſorum, cum, vel ſine dolore ex utero excretio ab humore excrementitio, modo bilioſo, modò phlegmatico, melancholico nonnunquam, nonnunquam ſeroſo, ſeu à nimio acriori ſero vel pituitâ ortum ducens. *Fluor albus quid.*

Affectus plerumque eſt chronicus, in vetulis ferè incurabilis, tàm virginibus quàm maritatis, junioribus æquè ac adultioribus familiaris multaque ſecum

cum trahit incom̃oda. Maturanda itaqu
curatio & ſerum acre & mordax alteran
dũ & evacuandũ, pituita præparanda
educenda, uterus, Maſſa Sanguinea, par
tesq; Sanguificationi inſervientes robo
randæ adq; priſtinum ſtatum reducend

*Internè.* Quoties itaque pituita peccat, tun
apprimè conveniet ſyrupus *Zacuti* pitu
tam præparans uterinam, quem deſcri
bit *Grylingius part. 2. de ſecund. univerſ*
*Evacuat. genere pag. 93.*

℞ *Capill. ♀is eupator. aſplen.* ãã Mj, *Flo*
*cordial.* ℥iij
*Sem. 4. frig. maj.* ãã ℥ß. *ſem. aniſ. fœn*
*Cinamom.* ãã ʒij. *Glyzirrhiz.* ℥iß.
*Scord. meliſ. ſcorzoner.* Miij. *aſari* ℥
*Nuc. moſch. bacc. juniper.* ãã ℥ß.
*Matricar. arthemiſ. rut. rec.* ãã Mij
*Confect. alkerm. hyacinth.* ãã ℥iij. *d*
*margarit.* ʒIV.

Coqu. in ▽. q. ſ. ad remanent. ℔iij. Co
tur. add.
*Syrup. capill. ♀is. Glyzirrhiz.* ãã ℥v
*d. arthemiſ.* ℥iij.
*Sacchar. q. ſ. F. Syrupus.*

Doſ. ℥iv. ſingulis auroris.

Pituita ſi evacuanda & alteran
ſequens conveniet Vinum Medicatum

℞ *Rad. V. aperient.* ãã ʒij. *Turpeth.*
*modaƈt.*
*Mechoacann.* ãã ℥iij. *Cichor.* ℥

*He*

*Herb. arthem. menth. lingv. cerv.* ā Mj.
*Summitat. centaur. min.* Mj. *Fol. ſenn.* ℥vi.
*Flor. anth. cheir.* ā pij. *bacc. junip.* ℥iß.
*Sem. cartham.* ℥v. *aniſ. fœnic.* ā ℥iiß.
Conciſ. contuſ. D.S. ſpecies zum Kräuter-Wein.

A causâ ſeroſâ idem excitatus fluxus curabitur educendo ſerum per electuarium Hydragogum Sylvii ſupra deſcriptum vel per ſequentem potionem.

℞ *Rad. bryon. gialapp.* ā ℨß.
*Fol. ſenn.* ℨij. *Soldanell.* ℨiß.
*Herb. matricar. flor. geniſt.* ā pi.
*Bacc. juniper.* ℨiij. *Cinamom.* ℨj.
Conciſ. contuſ. infund. per noctem in 🜄 or. acarc. q. ſ. Manè ebulliant & colentur. Colaturæ add.
*Syr. fl. acac. diacartham.* ā ℥ß.
*Magiſter. gumm. gutt.* ℈ß.
Miſc. D.S. Purgir-Tränckleiu auf 2. mahl.

Suffitum externè è baccis lauri & juniperi commendat *Sebizius part. V. Spec. Med. Pract. ſect. 2. cap. X.* *Externè.*

Mulierem *Viſena* curavimus de *pago* Riedchen 6. menſium ſpatio fluori albo obnoxiam ſequentibus. *Obſervatio.*

(1) Vino Medicato jam deſcripto, varieque repetito.

(2) Diaphoreticum tale ordinavimus.

℞ *Flor. ✱ci, C. C. volat. juniper. fix.* ā ℈
*♀ii diaphoret.* ʒj.
Miſc. S. Schweißtreibend Pulver au
etzliche mahl.

(3) Diureticum tale fuit.

℞ *Rob Juniper. ebul.* ā ʒj. *Sal. junipe*
*geniſt.* ā ℈ij.
*Eſſent. oc. 69.* ʒiß.
Miſc. S. Harntreibender Safft.

(4) Ad alterationem viſcerum hoc
uſi ſumus Decocto.

℞ *Lign. guajac. juniper. Saſſafras* ā ʒii
*Rad. Scorzoner. cichor. aſparag.* ā ʒii
*Herb. roſmar. meliß.* ā Mj. *Bacc. juni*
*per.* ℥j.
*Sem. leviſt. dauc.* ā ʒj.
Coqu. in ſ. q. ▽æ commun. Colatur. ad
*Syrup. cinamom. capill. ♀is* ā ℥j.
*Rob Juniper.* ʒiß. *Miſtur. ſimpl.* ʒi
Miſc. D. S. Bluthtreibender Tranck.

(5) Addidimus poſtea

℞ *Tinct. ♂tis adſtring. corallor.* ā ʒj.
*Elix. Juniper.* ʒiß. Miſc. S. Miſtur.

(6) Emplaſtrum externè ordin
vimus tale.

℞ *Emplaſtr. d. bacc. laur. cerot. d. galb*
ā ℥ij.
*Gumm. ſandarac. Ar.* ʒij. *Maſti*
*bdell.* ā ℈iv.
*Trochiſc. de karab. ſem. plant. acetoſ.* ā ʒ
*Ol. Juniper.* q. ſ. M. F. l. a. Emplaſtru
Hi

Hiſce adhibitis varieque repetitis, feliciter cum DEO reſtituta etiamnum ſana vivit.

## Caput XXIV.

## JUNIPERUM IN MORBIS CIRCA CONCEPTIONEM CONTINGENTIBUS LAUDAT.

### I. STERILITAS MULIERIS.

QUanta quamque varia ex ſterilitate proficiſcantur incommoda, verbis ropemodum explicari non poteſt, quoiam non contemtum ſolùm maximamue infelicitatem ſterilis inducat conjuum vita, ita ut *Hermes Triſmegiſtus* es in extremâ omnium calamitate verſaputet, qui abſque liberis è vitâ diſceunt priſcique tanto odio & horrore ſteitatem ſint proſecuti, ut cœlitùs ſuppliì loco illa immitti crederetur, & Chonthios innuptos & ſteriles ſepulchrì nore non dignatos fuiſſe, rerum geſtam docent monumenta, verùm ſanitatì iam & propagationi generis humanì roq; amori & dulcedini conjugum adrſatur, & dicente *Benedicto Sinabaldo* 6. *Geneanthropoeiæ tract. 2. cap. 1.* imrfectionem arguit, quoniam imperfeim & dimidiatum ferè putatur animal, od ſterile eſt. Propterea jure meritoe mulier ſterilis curet, ut opprobrium *Sterilitas ejusque incommoda.*

 hoc

hoc à ſe avertat & mariti amorem ſibi conciliet. *Juniperi* itaque opem imploret, πάνχρηστος *enim hæc planta* non ſanitatem ſolùm corporis, ſed liberorum quoque ſexusque propagationem polli cetur. O nobiliſſimum utiliſſimumque DEI donum ſalve!

*Internè.* Cum autem frequentiſſimè ſteri itas ab uteri vitiosâ frigidaque qualita & diſpoſitione proficiſcatur, ad ha emendandam humoresque pituito temperandos, attenuandos & digere dos ſequentes commendat Rotulas *R dericus à Caſtro lib. 2. d. morb. mulier. cap.*

℞ *Pulv. caſtor. puleg. aniſ. cumin.*
*Fruct. juniper. lign. aloës* ā ʒß.

Cum ſaccharo diſſoluto in ▽ meliſ phyll. & bugloſs. q. ſ. F. rotulæ.

Oleum præterea ligni Juniper deſtill. uterum roborare & ad concep nem idoneum reddere teſtatur *Con Kunrath medull. deſtill. p. 424.* Aquam h conceptum adjuvare teſtatur *Rolfin lib. XI. Conſultat. 2.*

℞ *Cinamom. elect. caryophill. cubeb.*
*Nuc. moſch. macis, piper. long. gali*
ā ℥j.
*Zedoar. ſem. ammeos, ſeſel.* ā ℥ß. *gr juniper.* ʒj.
*Vin. rhenan.* ▽. *roſmarin. m meliſſ.* ā *q. ſ.*

Stent in digeſtione diebus VI. & deſtillentur, poſtea ſingulis diebus poſt paſtum de eo poteſt aſſumi ad cochl. ij.

Quod ſi ob nimiam pinguedinem ſterilitas contingat, tunc ſequens electuarium concinnat jam laudatus *Rodericus à Caſtro lib. 3. de morb. mulier. cap. 3.*

℞ *Sem. aniſ. fœnic. agn. caſt. rut. cumin. carv.*
*Zinzib. maſtich. nuc. myriſt. galang.*
*Ammeos, amon. gran. Juniper. fol. majoran. ſicc.*
*Puleg. lacc. ſandarac. Arab. rad. gentian.*
*Rad. ariſtol. rut. ā part. æqual.*

Pulveriſentur ſubtiliter, de quo pulvere capiat per horas duas ante paſtum ʒj. cum aceto vel cum melle vel oxymelite. Fiat Electuarium, cujus Doſis ℥j.

Suffitum ſequentem commendat *Rolfincius loc. ſupra citat.* *Externa.*

℞ *Reſin. benzoin.* ℥ß. *Laudan. d. barb.* ʒiij.
*Thur. myrrh.* ā ʒij *gum. junip.* ʒiij.

Miſc. D. ad. ſcatulam. S. Rauch-Pulver.

Balneum contra ſterilitatem & difficultatem imprægnationis probatiſſimum tale componit *Mynſicht. ſect. 28. Armament. Chym. pag. 412.*

℞ *Rad. rub. tinct. petroſel. polipod. valerian.* ā ℥iij.
*Sem. rut. ſylv. lolii* ā ℥ij. *Frutic. junip. virid.* ℥iß.

X 3 *Herb.*

*Herb. matricar. ſerpill. meliſſ.*
*arthemiſ. fumar.* ā ʒj. *major. lav*
*agrimon. melilot. verbaſc.* ā ʒv
*calaminth. chamomill. origan.* ā ℥
Conciſ. contuſ. Coqu. ſ. q. ▽æ. F. ſ.
Balneum.

## II. FALSA INGRAVIDATIO.

*Falſa Ingravidatio.*

QUamvis aliàs aliisq; in rebus obſe-vetur ſæpiſſimè illud *Horatianum* quod montes parturiant, & mus ridic-lus enaſcatur, in nulla tamen re mag-obſervatur quam in imprægnation-quæ ſæpe expectatur irrito ſubſequen-eventu, quoniam præterlapſo geſtati-nis tempore ſpes prolis in flatus, aqua-aliusve rei læviſſimæ ſubſtantiam co-vertitur, ſicut exempla teſtantur qua-plurima. Plerumque in hoc affectu p-cant flatus, vel humorum ſeroſorum, i-terdum & viſcidorum pituitoſorum a-bundantia. Si itaque ſeroſi humo-abundent tunc

*Interna.*

℞ *Herb.* ☿*ial. arthemiſ. puleg.* ā Mj. *Gen-tiol.* ʒj.
*Rad. bryon. apii* ā ℥iß. *bacc. junip.* ʒ
*Cort. med. ſambuc. ebul.* ā ℥ij. *Flor.*
*niſt.* ℥ß.
⊖ ♀i ʒj.
Conciſ. contuſ. D. S. Species zum (
führenden Wein.

A flatibus ſi ortum ducat malu-
tr

tunc optimè convenient ſpecies pro Clyſtere ſequentes.

℞ *Herb. rut. calaminth. puleg. flor. chamamel.* ā Mj.

*Rad. ariſtol. rot. angel.* ā ℥ß. *althea* ℥j.

*Bacc. laur. Juniper,* ā ℨvi.

*Sem. cumin. aniſ. contuſ. leviſtic.* ā ℨiij.

Conciſ. contuſ. Coqu. in ſ. q. 🜄æ. Colaturæ ℔j, add.

*Elect. d. bacc. laur.* ℥j. *mell. anthoſat.* ℥ß.

*Ol. juniper. rut. chamomill.* ā *coct.* ℥ß.

Miſc. F. Clyſter.

Internè *aquam vitæ juniperinam* commendat *Roderic. à Caſtro lib. 2. de morb. mul. cap. 20.* de uteri inflatione, & cum hoc *Sebizius Baccas & Spiritum Juniperi* extollit *part. V. Spec. med. Pract. cap. 4.*

Noſtram ſi conſulamus Experientiam curavimus mulierem *ex pago Görsach* prægnantem ſe putantem ſequentibus. *Obſervatio*

(1) Clyſtere jam deſcripto ſæpius injecto.

(2) Manè & Veſperi.

℞ *Spir. theriacal. camphor. Junip.* ā ℨj.

*Eſſent. caſtor.* ℨiß. *carminat. noſtr.* ℨiij.

*Elix. Juniper.* ℨij. *tinct. croci* ℨj.

Miſc. D. S. Vermiſchte Mutter Eſſenz. Doſ. ℨß.

(3) Tempore meridiano hunc aſſumebat pulverem.

 ℞ *Sem.*

℞ *Sem. aniſ. fœnic.* ã ʒii. *carv.* ʒi.
*Rad. calam. aromat. cort. aurant.* ℥
*doar.* ã ʒiß.
℅ *Olat. juniper.* ℈ß. *macis, ſuccin.*
*gutt.* VII. *cinamom. gutt.* IV.
Miſc. D. S. Trieſenet wieder die Blehun-
gen.

(4) Balneum tale parare curavimus:
℞ *Herb. meliſſ. puleg. origan. ſerpill.*
Miii.
*Flor. chamomill. cent. min.* ã Mii.
*Rad. diptamn. alb. angel.* ã ℥ii.
*Bacc. Juniper.* ℥ii. *Laur.* ℥iiß.
*Lign. Juniper.* ℥iß.
*Sem. nigell.* ℥ij. *cumin.* ℥j. *aniſ.* ℥ß.
Conciſ. contuſ. S. Species zum Bad
quæ in ſ. q. ▽æ coquendæ.

(5) Egrediens è balneo ventre
ſequentibus inungat.
℞ *Ol. Nuc. Moſch. expreſ.* ℥ß.
*Ol. chamom. juniper.* ã ℈j. *acor.*
*l. ß.* ã gr xv.
*Aurantior. mac.* ã ℈ß.
*Ceræ q. ſ.* Miſc. F. l. a. Balſamum.
Hiſce adhibitis ſine prole quidem,
integræ valetudini reſtituta domu
abiit.

## III. MOLA.

LÆtam ſpem ſobolis ſæpiſſimè quoq
deludere videmus *rudem illam indig*
*ſtamq*

*ſtamque uteri molem, mola quæ dicta eſt.* Affectus ab errore facultatis formatricis ortus, plenus fallaciarum & periculi ſæpeque mortis immaturæ autor. *Mola.*

Quamprimum itaque ille animadvertitur detractâ, ſub quâ latere conſvevit, larvâ, maturanda eſt Curatio, ne *mola molem* in nimiam excreſcat & induescat.

Ante omnia corpus evacuetur per purgantia, ubi vinum medicatum tale commendat *Gryſingius lib. 4. med. Pract. part. 3. cap. 1.* *Interna.*

℞ *Rad. V. aperient.* ā ℥iij. *herb. arthemiſ. meliſſ.*
*Flor. chamomill.* ā Mß. *Fol. ſenn.* ℥x.
*Rad. bryon.* ℥j. *Hermodact.* ℥ß. *Mechoacann.* ℨvi.
*Bacc. juniper.* Mß. *cinamom.* ℨij. *Macis* ℨß. *croc.* ℈j.

Miſc. F. inciſis & contuſis Noduſus pro vino.

*Rodericus à Caſtro lib. 3. de morb. mulier. cap. 7.* præmiſſis præmittendis hoſce trochiſcos præparat.

*Cinamom. myrrh.* ā ℈iiß.
*Fol. ſiccor. rut. ſabin. puleg. calaminth.*
*Gumm. ſagapen. opopanac.* ā ℨj.
*Gran. juniper. cardamom. mentaſtr.* ā ℨß.

Miſc. F. Trochiſc. quorum detur pondſu
ʒii. cum apozemate ibi deſcripto, v
cum Decocto Sabinæ aut faſeolorum..

*Rolfincius lib. XI. Conſultation. 3.* Diu
retica purgantibus ſubjungit & tale pr
ſcribit.

℞ ⊖ *prunell.* ℈i. *Sal.* ✻ *ci* ℥v.
  ⁰₀₀ *ſuccin. bacc. juniper.* ā ℥vi.

M. D. S. Urintreibendes Saltz. Doſ. v
IX. X. ℥. in aquâ petroſel.

Non inutilem experti ſumus ſim
in caſu pulverem ſequentem.

℞ *Caſſ. lign. teſtic. equor. pulv. ſecund*
  ā ʒij.
  *Borrac. venet. croc.* ā ʒi. *Sacchar.* ℥
  ⁰₀₀ *ſabin. juniper.* ā ℈ß. Miſc.

F. Pulvis S. Treib-Pulver. Doſ. ʒß. ad

*Externa.* Externè linimentum ſequens um
lico inungendum commendari meret

℞ *Axung. ſerpent. ver.* ℥ß. *Pingued.*
  *ſer.* ʒii.
  *Ol. caſtor. coct.* ʒii. *ſabin. juniper.*
  *deſtillat.* ʒi.
  *Succin.* ℈i. *pulv. colocynthid.* ℈iv.

Miſc. omnia F. Unguentum.

Balneum in fœtu mortuo tale c
cinnavit *Timæus à* Güldenklee *lib. 4.*
*med. p. 224.* id quod & in molâ expelle
officium facere non dubitamus.

℞ *Rad. ariſtol. rot. lil. alb. arthemiſ.*
  *thea, Rub. tinct.* ā ℥iij.

*Sem. lin.* ℥vi. *fœnic.* ʒi. *carv. cumin. petroſel.* ā ʒiß.
*Bacc. laur.* ℥ii. *juniper.* ℥vi.
*Herb.* ☿*ial. malv. melilot. puleg. meliſſ.* ā Mij. *ſabin.* Mj.
*Flor. chamomill.* Miij. *cent. min.* Mij.
Inciſ. & conquaſſat. includantur 2. ſacculis, qui ex ▽a ſimplici coquantur pro inſeſſu & fotu muliebrium.

## CAPUT XXV.
## JUNIPERI VIRTUTES IN MORBIS CIRCA PARTUM ACCIDENTIBUS REPRÆSENTAT.

### I. ABORTUS.

Cum uterus quidem concepit, onus tamen ſuum ad certum usque pariendi tempus non retinet, ſed illud vel ex uteri lubricitate vinculorumque laxitate aut ſolutione, vel ob matris debilitatem fœtusque enecationem à ſuffocatione aut alimenti ſubtractione ortam immature excludit, *abortum* feciſſe mulieres dicuntur. Hic ut præcaveatur omni ſtudio eſt incumbendum. *Abortus.*

Adhibitis præmiſſis præmittendis obſervatis exactiſſimæ diætæ regulis ſequens in uſu nobis eſt eſſentia in innumeris mulieribus experta. *Interna.*

*Flor. roſ. rubr. balauſt. bellid.* ā ʒß.
*Rad. biſtort.* ʒvi. *Gran. cherm.* ʒß.

*Bacc.*

*Bacc. juniper. nuc. moſch. caryoph.* ā ʒ
*Succin. alb.* ʒv.

Infund. in ſ. q. Spir. vin. malvatici v
Hiſpanici, digerantur per ℘♂ 3. Colent
& Colaturæ add. Tinct. Coralor. ad p
citum. S. Bewahrende Eſſentz. Doſ. ʒj.

**Externa.** Ad uterum expurgandum & rob
randum nec non conceptioni idone
reddendum tale componit Balneum *P*
*terus lib. 3. obſervat. p. 744.* ante concept
nem adhibendum.

℞ *Rad. lil. alb. valerian. bryon.* ā ʒiii
*Herb. matric. calaminth. fol. laur.*
*Semin. Juniper.* ā Mj.
*Flor. lavend. roſar. ſambuc.* ā pj.
*lauſt.* ʒß.
*Baccar. laur.* pj.

Coquantur in ▽ pluviali, addendo M
ſur 1. Vini rubri & tantundem ▽æ fab
rum extinctionis ferri & aluminis ʒj.

Simile Balneum parat *Tilemar*
*p. 380. d. mater. med.* quod ʒß. *Fruti*
*Viridium Juniperi* exornat.

Vel

℞ *Mell. ad juſtam conſiſtentiam in*
*ſat. q. v.*
*☍ deſtillat. Juniper. ſalv. rut.* ā *q.*

Miſc. & ventri prægnantium adhibea
Potes etiam oleis hiſce ☍ Nuc. mo
Macis, caryophillor. & ſpic. ā adde

cum cruſtâ panis dicto loco applicare. *Conrad Kunrath. medull. deſtill. p. 448.*

## II. PARTUS DIFFICILIS.

CUr ſola mulier in *partu* tantos patia- tur dolores quatuor enumerat cauſa- rum genera *Rodericus à Caſtro lib. 4. de natur. mulier. cap. 6.* Prima eſt DEI effa- tum & pœna ob commiſſum peccatum Geneſ. 3. Multiplicabo ærumnas tuas & cum dolore liberos paries, Altera eſt de- bilitas ſexus fœminini in homine, quip- pe qui genus maſculinum robore non æ- quat aut ſuperat, ſicut in brutis fieri con- ſuevit. Tertia eſt, quod mulieres non ſint tàm laborioſæ ac bruta, ſed deliciis & vitæ ſedentariæ aſſvetæ, unde etiam illæ, quæ laboribus & exercitiis ſunt ali- quatenus aſſvetæ facilius parere credun- tur reliquis. Quarta eſt magnitudo capi- tis in fœtu humano, quod magna ex par- te majus eſt brutorum in utero conten- torum capite, ſicut Autor loco citato prolixiùs de hâc materiâ diſſerit. *Partus difficilis.*

In partu difficili pleraque exhiberi ſolent medicamenta quæ menſes mo- vent molamque expellunt, cum itaque de iis actum ſit, crambem bis coctam no- lumus repetere, unicam ſaltem pilularum formulam addentes, quam commendat D. *D. Eucharius* Rößlein *cap. 5. tractatus* Schwangerer Frauen Roſen-Garten *Internè*
*lt p. 25.*

℞ *Herb.*

℞ *Herb.ſabin.* ℥v. *Rut.* ℥iß *Bacc. Juniper* ℥ij.
*Aſ.fœtid.gum. ammoniac. Rub. tinct.* ā ℥ij.
Miſc. F. Pilulæ, Doſ. ʒj. in decoct. ſabin. . puleg. vel cicer. & ſucc. rutæ.

Expertum, imò ſecretum ſingula esse deprædicat *Benedict. Victor. Faven tin Cap. 45. Empiric. p.* 287. ſi ſequens con dimentum in cœna alternis diebus aſſu mat mulier partui proxima, ad dolore in partu leniendos & avertendos.

℞ *Granor. Juniper. Laur.* ā *num.* vij.
*Caſſiæ lign.* ʒß *Cinnamom. integr.* ʒj.

Omnia ſimul ponantur in ventre turt ris unius pinguis & carnoſi, deinde co quatur in veru cum pinguedine pulli mulieri pro eſu porrigatur.

Miſtura ſequens hic locorum partu difficili optimè audit.

℞ *Eſſent. juniper. flor. cheir.* ā ʒj. *Sab croc.* ā ʒß.
*Spir. cinamom.* ℥ß ○ *ſabin. croc.* ā gtt.

Miſc. D. S. Starcke Treib-Miſtur. Do ʒß. ad ij.

Plura petantur ex ſuperioribus interioribus diſcurſibus.

*Secundinæ & Lochiorum retentio.*

## III. SECUNDINÆ ET LOCHI RUM RETENTIO.

RES certè mira eſt continens & rec ptaculum fœtus humani poſteri egre

gredi ex utero ac ipſum contentum, imò n illo nonnunquam per longum tempo- is intervallum commorari & retineri, um tamen ipſa natura, ab ejus retentio- e abhorreat indeque magna oriantur ormenta ipſiusque vitæ pericula, ideo- ue in tempore quærendum eſt auxilium, ſecundina poſt Partum in utero deti- eatur, aut lochia ſupprimantur.

Quamvis verò & ad Secundinæ ut ad Lochiorum retentionem & expul- onem eadem conveniant medicamen- , ad partum difficilem, molam, men- um retentionem quæ commendantur, ſpecie tamen in hoc affectu *baccas Ju- peri* extollit citatus D. Röſslein *lib. citat.* g. 27.

Sic & *folia Juniperi* tàm ad fœtum ortuum, quam ad ſecundinam expel- ndam cum aquâ & melle cocta & ex- pita laudat *D.r D. Cuba* in Frauen- tzeney *pag. 80.*

*Savanarola eadem folia* ſuffitus loco hibet ad retentionem Secundinæ *tra- t. 6. Practic. Major. cap. 21.*

Ad lochia retenta ſequens linimen- n paravit *Timaus à* Güldenklee *lib. 4.* *med. p. 227.*

*Ungt. d. alth. ℥vi. ol. amygd. dulc. lil. alb.*
*Pingued. Gallin. ā ℥ß. ſcroci ℈i. ○○ de- ſtillat. laur. ā ℈i.*
ce F. Linimentum.

IV. DOLOR POST PARTUM
Vid. Cap. XXII.

## Caput XXVI.

## JUNIPERUM IN MORBIS EX-TERNARUM PARTIUM EX-CELLERE ATTESTA-TUR.

### I. ARTHRITIS.

POſteaquam in affectibus internis vi-tutes *Juniperi*, quid videlicet præſta *illa* queat, contemplati ſumus, ideoq ordinis poſtulat ratio, ut & vires *ipſi* quas in curandis externarum partiu morbis poſſidet, aſpiciamus, quapr pter illos primum conſiderabimus aff ctus, qui ad certum & determinatum l cum reduci non poſſunt, ſed modò hu modo illi membro, imò omnibus ſ corporis partibus externis accidere lent, poſtea & reliquos, quæ certis ternarum partium membris ſunt fa liares, enumerabimus.

*Arthitis.* Primò prodeat *Arthritis* moleſti mus ille articulorum dolor, tàm vag quàm fixus *chiragræ vel Podagræ* nom tunc inſignitus, in quo ſedando mult certè valet *Juniperus* cum partibus ſ internè vel externè ſi adhibeatur.

*Internè.* Internè ad medicamenta ant thritica baccæ, *Spiritus, Oleum, Rob*, .

*tract*

*ractum Juniperi* referuntur à *Macaſio* *art. 2. Promptuar. mater. med. ſect. XI. ap. 16. & Schönbornio manual. Med. Pract. ag. 236. & ſqq.*

Compoſitis *Antiarthriticis & Anti- odagricis* medicamentis *partes Juniperi* lerumque admiſcentur, ſic aquam An- arthriticam *D.C.* talem exhibet *Hof- annus in Theſaur. pharmaceutic. pag. 3.*

℞ *Calam. aromat. galang. cyper. rotund.*
*Coſt. aromat. pyrethr.* ā ʒvi.
*Herb. roſmarin.* ℥j. *ſalv.* ʒvi. *major.* ℥ß.
*Fl. chamomill. rec.* ʒvi. *ſtœch. Ar. thym.* ā ℥ß.
*Nuc. moſch.* ℥iij. *bacc. juniper.* Mj.

roſſo modo conciſ. affund. Spir. Vin. henan. ℔iv. macerentur per ♀♂ iv. & eſtilla ex MB. ad ſiccitatem. Uſus ejus m internus, quàm externus eſt Doſ. chl. i.

Aliam ita jam *laudatus* proponit *Autor. libr. citat. pag. 4.*

*Maſtich. thur. myrrh. bdell. ammoniac.*
*Opopanac. mumiæ* ✳ *ci* ā ℥j. ⊖ ♀i ℥iß.
*Alum.* ℥iv. *bacc. juniper* ʒx. ⊕*li Rom.* ℔iß.
*Mell.* ℔ij. *Spir. Vin.* ℔viii. *Spir. bacc. juniper.* ℔ij.

æparata l. a. macerentur per octiduum calorem lenem ſæpiùs agitando. Tunc

deſtillentur ex arenâ cum duobus coh[...]
biis, tandem adde

*Caſt.* ℥ß. *Camph* ʒij. *ſpir.* ⊖ ℥ß. Miſc[...]

Aqua Arthritica *Mynſichti* ita deſcribit[...]
ab eodem *ſect.* 20. *Armament. chymic. p.* 3[...]

℞ *Caryophillor.* ʒvI. *rad. hermodact. ba*[...]
*juniper.* ā ℥ß.
*Nuc. moſch.* ʒij. *Herb. verben.* [...]
*ſambuc.* ā Mij.
*Fl. lavend. ſpic. nard. majoran. r*[...]
*marin. beton.* ā Mj.

Mixta infund. in vin. Rhenan. ℔v. dig[...]
rantur per ♀♂ 24. poſtea per alembic[...]
deſtillentur. S. Aqua Arthritica.

Aquæ Antipodagricæ *Thomæ Th*[...]
*tini* deſcriptionem tradit *Philipp. Mü*[...]
*rus p.* 177. *Myſter. med.* ſequenti modo[...]

℞ *Cinam.* ℥iß. *Nuc. moſch.* ℥j. *Macer.*[...]
*Galang.* ℥ß. *caryophillor.* ℥ß. *croc.*[...]
*moſch.* gr xv.
*Perl. præp. corall. præp.* ā ʒj. ▽*æ lav*[...]
*cinam.* ā ℥j.
▽*æ roſ.* ℥ij. *ol. ſpic. nard. junipe*[...]
℥j. *ſuccin.* ʒij.

Contuſa in pulverem conjiciantur in[...]
genam ſtanneam 4. menſur capacem[...]
funde Spir. Vin. menſ. j. in cinere leni[...]
ſimul putreſcant ad 3. hebdomad. D[...]
de menſtruum coletur per linteolum[...]
feces Specierum ex ollulâ ad ignem i[...]
neres urantur & cinis eidem priori m[...]

ſt[...]

ruo injiciatur, digerantur atque imma-
erentur. Tandem ſine fecibus per lin-
eum transmittes & deſtillabis per Bal.
ſar.

Crato, teſtante *Sennerto cap. 7. tra-*
*at. d. arthritid.* hoc deſtillatum ad præ-
rvationem arthritidis commendavit,
unum quotidie cochlear vel ſæpius in
ptimana de illo aſſumatur.

*Herb. meliß. valerian. bacc. junip.* ā q.v.
pergantur Vino bono & macerentur
∇ meliſſæ, poſtea deſtillentur.

Sal ſequens à *Grylingio lib. 5. med.*
*act. part. 1. cap. 1* magni æſtimatur.

⊖ *abſinth. card. bened.* ā ℈ij. *Junip.* ℈iv.
🜿i ℈j. *arthemiſ. cichor.* ā ℈ß. Miſc.

c & ſimilia ⊖ia quoniam ob acerri-
m ſaporem difficulter ab ægris aſſu-
ntur, nullo ferè convenientiori vehi-
o, quam cum juſculo inſalſo, aſſu-
ntur eaque loco Salis communis in
orum cibis condiendis adhibentur,
egri ad medicamenta aſſumenda pa-
n proclives commodè falli poſſunt, ſi-
illud ſæpius cum ſucceſſu vidimus &
erti ſumus.

Sequentia invicem mixta ſæpe ar-
ticis non ſine fructu exhibuimus.

*Eſſent. juniper* ♂*tis aperit.* ā ℥j. *ano-*
*dyn.* ʒß.
*Tinct. lign. Saſſafras* ℥ij. Miſce. S.
nderliche Glieder Miſtur.

*Externè.* Externè quoque in arthritide vari juniperina adhibentur *medicamenta.* S *Spiritum juniperi* in tenuis fortunæ homi nibus arthritide correptis ſæpius loc dolentibus cum maximo vidimus adh bitum ſucceſſu, & *Avia noſtra* crucia bus arthriticis ad mortem usque obr xia dolores hoc unico leniebat medic mento, nec ab alio unquam plus ſola & auxilii inveniebat, quàm à ſequenti

℞ *Bacc. Juniper. recent. q. v.*

Contund. in mortario affuſo *Spiritu pr prio* vel in defectu ullius Spir. Vin. & taplaſmatis loco dolenti applicetur.

Aquam antiarthriticam extern ita componit *Sennertus cap. V. tractat arthrit. p. 42.*

℞ *Cancror. fluv. num.* VIII. *gran.*
*niper.* Mj.
*Myrrh. thur.* ā ℥j. *Vin. opt.* ℔j.

Miſc. & deſtillentur.

*Oleum Juniperi è baccis & ligno* i antiarthritica refertur *à Schönbornio 242. manual. med. Pract.*

Sal antipodagricum externum præparat *Hofmannus p. 160. Theſaur. p macent.*

℞ *Lign. Juniperin. craſſitia inſigne*

Perterebra illud & cavitatem reple communi orificiis firmiter obtur combure igne aperto & accipies ⊖

♃e & ⊖e alkali *ligni juniperini* impræ-
gnatum, quod in Spir. Vin. ſolve, tumo-
ribus enim podagricis impoſitum uti-
le eſt.

Celebre eſt Balſamum Podagricum *Crollii* ad tollendos dolores podagricos à causâ frigidâ ortos, deſcribitur *p. 303. Baſil. Chymic. Crollii ita:*

℞ *Ol. mandibular. inferior. veterum equorum tempeſtatibus diu expoſitarum.*

Vel *Ol. ex oſſibus hominis violentâ morte, reſte vel rotâ perempti ſiccis ☉i & ☽e multis annis expoſitis.*

Vel *olei ex ſangvine Cervino*

Cujuscunque hujus olei aliquoties per ſe rectificati.

℞ ℥j. *ol. laterin. terebinth. Junip.* ā ℥iij. Miſce & deſtilla omnia adhuc ſemel in Bal. Mar. & poſtea inungatur locus affectus.

Sic & Balſamo Podagrico *Mynſichtus oleum Juniperi* aſſociat, cujus deſcriptio videatur *ſect. 24. Armament. Chym. p. 484.* Balneum *Matthiolus* teſtantibus *D. Schözio part. 9. Spec. Med. Pract. & Schönborn. loc. ſuprà citat.* anthriticis parat admirandæ virtutis è *Scope ligni Juniperini* in ſ. q. ▽æ ad tertias decoctâ.

*Scholzius Conſil. 238.* hoc decoctum articulis arthriticorum admoveri conſulit.

℞ *Bacc. Juniper. rad. altheæ* ā ℥j.

*Fol. laur. myrth. ſalv. beton. origa*
*calamint. major. flor. ſtœchad. ā M.*
*Sem. lign. fœn. grae. ā ℥ij.*

F. Decoct. in lixivio ſarmentor. vit. a
dendo Salis commun. ℔j.

Simile Decoctum fotus loco co
ponit *Simon Pauli quadripartit. Botan*
*p. 269. & Deckerus in not. ad prax. Barbe*
*p. 151.* utrumque *baccis Juniperi* claru

Suffimigium tale præcipit *Senn*
*tus p. 41. Tractat. d. arthritid.*

℞ *Lign. aloës, gumm. Junip. ſuccin. th*
*Sem. hyoſciam. ſtorac. calamit. tac*
*mahac. gumm. animæ ā ʒj.*

Pulveriſentur craſſiuſculè, pulvis ſu
ignitos carbones conjiciatur & fum
parte affectâ per dimidiam horam ex
piatur.

Vel

℞ *Gumm. Juniper. thur. ā ʒij. laa*
*benz. ā ℥j.*
*Cinamom. caryophill. Nuc. moſch. ā*

Pulveriſata excipiantur gumm. tra
canth. q. ſ. F. Trochiſci pro ſuffitu. *Id*
*pag. 43. loc. citat.*

Unguentum ſequens in arthritic
causâ frigidâ multum prodeſſe *At*
*eſt Paræus lib. 17. Chirurg. cap. 15.*

℞ *Catellor. junior. rejectis pellibus, c*
*tibus, pedibus & inteſtinis num. i*

Include illos anſeri pingviori & adde

*Ranar. vivar. num. X.*
*Viperar. in fruſta conciſ. ſine exuviis num. IV.*
*Theriac. mithridat.* ā ℥ß.
*Fol. ſalv. anth. rut. thym.* ā Mß.
*Bacc. laur. Juniper. conquaſſat.* ā ℥ß.
*Nuc. moſch. zinzib. piper. caryophill.* ā *contuſ.* ʒj.

Hæc omnia anſeri include & pingvedinem inter aſſandum deſtillantem collige, poſteaque cum ſ. q. ceræ Terebinth. Venet. & parum ▽æ Vitæ F. Ungventum.

## II. LUES VENEREA.

QUemadmodum legitimus Veneris uſus multa corpori præſtat humano commoda, ſic è contra nimius & illegitimus ejusdem abuſus varias producit calamitates, ut verè dictum ſit:

*Balnea, Vina, Venus conſervant corpora noſtra,*
*Corrumpunt eadem Balnea, Vina, Venus.*

Exemplo nobis eſſe poteſt graviſſimus ille affectus *Morbus Gallicus* ſeu *Lues Venerea* dictus, qui eſt morbus venenatus & contagioſus ab humorum malignâ diſpoſitione & infectione ortus variisque ſymptomatibus ſtipatus. *Lues Venerea.*

Acquiritur hic affectus nonnunquam vitio proprio humoribus ſcil. maximè corruptis & malignâ qualitate infectis, ſicuti in matrona famæ integerrimæ, quæ cum infectis nullâ planè conſvetudine uſa erat, in viciniâ contigiſſe novimus. Nonnunquam & quidem ſæpius per contagium affectu hoc imbuuntur & contaminantur ægri, & vel e generationis primordiis parentum, vel ex lacte nutricis, ex concubitu & conſvetudine ſeu familiaritate cum infectis illum contrahunt, quo de aliquando plura.

Symptomata habet multa & varia, ita, ut dicente *Sinibaldo lib. 9. Tractat.* . *genthropejæ cap. XI.* dies deficeret, . cuncta ſymptomata lui gallicæ, quæ . eſt ſoboles, recenſere vellemus. *An-tonius Muſa* Vir de re medica optimè meritus ducentum triginta quatuor, teste *eodem Sinibaldo*, Gallici morbi enumerare dicitur ſpecies.

Huic protheo variabili & πολυμόρφῳ optimè quoque opponitur *Juniperus* & ſpecificis ob majorem penetrandi vim & efficaciam multoties additur.

Sic *Juniperum Hornius pag. 157.* . *Moſis* & *Decoctum Juniperi ſimplex* ad lu- *Internè.* em Veneream commendat *Poterius* c. *2. Pharmac. Spagyr. p. 30.* & ad eund.

af

affectum *p. 116. & 117. cit. loc.* Extractum parat antivenereum duplex, Purgans unum alterum non purgans.

Extracti antivenerei purgantis hæc eſt deſcriptio.

℞ *Raſur. lign. guajac.* ℔vi. *Rad. Sarſaparill.* ℔iv.

*China elect.* ℔ij. *Rad. Mechaocann.* ℥vj.

*Fol. Senn.* ℥ix. *Lign. Saſſafr. Bacc. junip.* ā ℔ß.

Infund. igna & radices in ſ. q. ▽æ commun. cum ol. Sali & ♁is ʒij. in loco calido per 8 dies, coquantur poſtea in urinali vitreo vel terreo vitreato cum ſuo capitello ad conſumtionem 2. tertiorum, quæ humiditas in recipiente ſervetur pro novâ infuſione parandâ. Coletur decoctum & in colatura macerentur Fol. Senn. & Rad. Mechoacann. per 3. dies, bulliant parum & denuò colentur. Dum hæc fiunt prima aqua à Decocto educta fecibus reaffundatur cum novâ humiditate, ſi ea opus fuerit novaque infuſio paretur, quæ priori unita ſimul per urinalem cum ſuo alembico in extracti formâ adducuntur. Saccharum nonnunquam addimus ad ſelibram & ut ſolidius reddatur pulverem ſequentem admiſcemus.

℞ *Sarſaparill.* ℥iß. *Chin. elect.* ℥ß. *Fol. ſen.* ℥j.

*Caryophill.* ʒj. *Sal. ſupra ſcriptor.* ʒj.

Miſc.

Miſc. F. Maſſa. Doſ. ℈ij. ad ℈iij. bis in die.

Non purgantis Extracti brevior deſcriptio eſt talis.

℞ *Cort. lign. Indic.* ℥vj. *raſur. ejusd. ligni* ℔iij.

*Chin. elect. Sarſaparill.* ā ℔ij.

*Bacc. Juniper.* ℔ß. *Sem. card. ben. carv.* ā ℥iij.

*Fol. ſuccif. ſcabioſ.* ā Miij.

*Rad. Cyper. vincetoxic.* ā ℥ij.

Infund. omnia parum contuſa in ſ. q. vini generoſi, F. Extractum, cui ⊖ ex fæcibus factum adde. Doſ. ℈ij ad ℈iij.

Clyſteres *Joh. Caſp. Sparr.* ex Rad. Cucum. Aſin. Bryon. Jrid. Gentian. Herb. origan. calaminth. Puleg. Polii, Rut. Mar. rub. Saturej. Serpill. Hyſſop. Thym. abſinth. Veron. Fumar. Salv. Cent. min. a. rot. Bacc. laur. & *Juniper.* Pulp. colocyntid. Sem. cumin. Carv. Fœniculi decoct. & Colaturæ additis Ol. Rut. Laur. Anet. Abſinth. Amygd. amar. Jrin matricar. ... lect. Hier. picr. diacolocyntid. Bened. L... xativ. diaphœnic. Ind. maj. & min. D... carthamo q. ſ. componit p. 53. Diſſert... poſterior. d. lue Venerea.

*Antonius Chalmeteus in Enchirid. Chirurgic.* Aquam Philoſophicam magnis ... tollit laudibus ita paratam.

℞ *Raſur. lign. guajac.* ℔ß. *vin. alb.* ℔...

▽ *e defæcatiß.* ℔viij. *fumar. cichor. c... momill.* ā ℔j. *Polypod. quer.* ...

Ma...

Maceretur. hor.xij, adde,

*Epithym.* ℨij. *Aſplen.* ʒvj. *Sem. Junip.* ℨij. *Cort. Citr.* ʒj. *Conſerv. roſar. cichor. Borrag. buloſſ.* ā ℔ß.

*Conſ. Enul. Theriac.* ā *quart.* I. *Deſtillent.*

Deſtillato add. Sacchar & cinamom. q.v. Doſ. ʒiij. IV. ad V.

Sequentem potum 3. hor. poſt cœnam & prandium aſſumendum tradit *Tabernæmontanus part. V.* des Arzeney Buchs *cap.* 3.

℞ *Bacc. juniper. laur.* ā ʒij. *Sem. ſinap.* ℨß.

Coqu. in ℔vi ▽æ ad conſumtionem medietatis. Doſ. ʒiij.

Externè *Joh. Colle in ſermon. de lue* ♀eâ ſequens exhibet Decoctum ad partes affectas ſæpius abluendas faucesque gargarizandas. *Externè.*

℞ *Lign. guajac. Juniper. Rad. Sarſapar.* ā ʒj.

*🜔is* ℨß. *Ariſtol. rot. Angel.* ā ʒij.

*▽æ commun.* ℔iij.

Miſc. F. infuſio & poſtea Decoctio ad tertiæ partis conſumtionem.

*Joh. Renodæus lib. V. inſtitut. Pharmaceut. cap.* 27. Pulverem pro ſuffitu compoſuit talem.

℞ *Granor. Juniper. Thur. maſtich. ladan.* ā ℨiß.

*Cinnabar.* ℨiß.

Miſc. terantur omnia & ad uſum ſerventur.

*Plate-*

*Platerus* in ſymptomatibusq; luis ♀eæ comitibus, ut ſenſu ardoris & punctionis, maculis & puſtulis, capitis dolore & aurium tinnitu inter alia hoc ſudatorium adhibuiſſe teſtatur *lib.1. obſervat.p.999*

℞ *Rob ſambuc.* ℥iij. *Juniper.*℥iß. *Syr. ca papav.* ℥ij.
*Narcot. Autoris* ʒj. *Spir. Juniper* ʒij. Miſce.

In dolore circa oſſa vago perque vices affligente à lue ♀eâ orto ſequenti uſum ſe eſſe teſtatur *idem Autor lib.3. obſerv. p.725.*

℞ *Tabul. diacod. aut.* ʒß. ▽*æ nicot.* ℥ *Theriacal.*
*Spir. Juniper.* ā ʒij. Miſce.

Eſt diaphoreticum.

## III. ERYSIPELAS.

*Eryſipelas.* Quemadmodum roſa florum omnium utiliſſima & amœniſſima, uſusque maximi, ita è contra affectus *Roſa* vel *Eryſipelas* dictus non gaudii vel amœnitatis, ſed dolorum moleſtiarumque eſt plenisſimus nulliqu propemodum corporis parti parcere novit. Inprimis autem externis corporis partibus inimiciſſimus eſt, ad quem debellandum præmiſſis præmittendis *medicamenta Juniperina* maximi ſunt uſus, ob vim diaphoreticam

*Sennertus lib.2. de febrib. cap.1*

*Solenandro* ſequens depromit Electuarium.

℞ *Theriac. opt.* ℥i. *Terr. ſigill. vel bol. arm.* ℥iß.
*Gran. juniper. rec. rad. tormentill. ſem. card. bened.* ā ʒß.
*Spec. Elect. d. gemm. diamarg. frig.* ā ℈j.
*Oſſ. d. cord. cerv. ſem. acceloſ. corall. rubr. præparat.* ā ʒß.
Cum ſyrup. acetoſ. citr. q. ſ. F. Electuar. Doſ. ʒi. ad ii.

Minoris apparatus, ejusdem tamen effectus eſt ſequens.

℞ *Rob ſambuc. juniper.* ā ℥ß.
*Sal. CC. vol. junip. card. bened. fix.* ā ℈ß.
Miſc. D. S. Schweißtreibender Saft auf 2. mahl.

Externè Pulverem fumalem pro Eryſipelate commendat *Grylingius lib. V. Med. Pract. part. 3. cap. XV.*

℞ *Gumm. ſandarac. Ar.* ℥i. *Heder. maſtich. thur.*
*Roſ. rubr. ſem. coriandr. præp.* ā ℥ß.
*Caryoph. lign. aloës, ſuccin. ladan.* ā ℈ii.
M. F. Pulv. groſſus pro fumo.

Non ſemel tenuioris fortunæ homines Eryſipelate infectos ſolis, ob inopiam, *baccis vel fruticibus Juniperi* pro ſuffimigio uſos eſſe cum optimo vidimus ſucceſſu. Vel

℞ *Bacc. Juniper. q. v.*

Coqu.

Coqu. in aceto & linteis duplicatis locco dolenti applicentur. *Conrad. Kunrath. med. dull. deſtill. p. 431.*

## IV. VULNERA.

*Vulnera.* OMnibus corporis partibus externis & internis *vulnera* infligi poſſe quotidiana docet experientia, nullum hîc membrum ſingulari gaudet libertate, ideò, quid in *vulneribus* præſtet *juniperus* videbimus.

*Interna.* Internè in vulneribus deſtillatum ſequens adhibet & deſcribit *Philippus Müllerus Myſter. med. p. 184.*

℞ *Granor. Juniper. contuſ.* ℔iij.
*Pyrol. utriusque, matriſylv. rad. fœnic. alb.* ā Miß.
*Ophiogloſſ.* Miß. *Conſolid. maj. ariſtol.* ā ℥v.
*Perſicar.* ℥v.

Deſtill. omnia ſecundum artem.

*Poterius ſect.* 1. *Pharmacop. Spagyr. cap.* 1. hoc deſcribit Decoctum vulnerarium.

℞ *Fol. coron. ſanic. beton. agrimon. capill. ♀is* ā Mj.
*Bacc. Juniper.* pj. *Liquiritiæ parùm.*

F. cùm ▽â & Vino Decoctum.

Externè ungventa & alia medicamenta vulneraria ſæpiſſimè ingreditur gummi & oleum *Juniperinum*, ut & ipſa nonnunquam *Juniperi bacca.*

Sic jam *citatus Poterius cap. 4. cit. libr* oleum componit vulnerarium ſequentibus præditum ingredientibus.

℞ *Summitat. hyperic. c. flor. & ſemin. q. v.*
*Ol. olivar. q. ſ. ſucc. hyperic. parum.*

Macerentur in loco calido per aliquot dies, factæ colaturæ recenſentes flores & ſummitates reddantur novaque fiat infuſio, in cujus colatura diſſolv.

*Terebinth. venet.* ℔ß. *Thur.* ℥iij.
*Maſtich. vernic.* ā ℥ij.
Miſc. F. oleum.

Aliud Balſamicum oleum omnium præſtantiſſimum ſubjungit idem hoc modo confectum.

℞ *Rad. aſclepiad.* ℔ß. *ariſtol. rot. valerian.* ā ℥ij.
*Fol. ſymphit. maj. plantag. filipend. alchimill. bugul.* ā Mij. *bacc. junip.* pj.
*Summit. hyperic. c. flor. & ſem.* MVI.
*Flor. chamomill. ſpic.* ā Mj.
*Verm. terreſtr.* ℔j.
*Ol. hyperic. cum 2. infuſionibus parat. Lumbricor.* ā *q. ſ.*

Macerentur octiduo in fimo equino, eximantur, deinde prælo forti ſubigantur quoad omnem humiditatem profundant, factâ colaturâ adde

*Myrrh.* ℥iß. *maſtich. thur. vernic.* ā ℥ij.
*Terebinth. deſtillat. pic. naval.* ā ℔ß.

Colentur poſtremò & uſui reſerventur.

Obſer-

Obſervationes & effectus de hoc oleo videri poſſunt *loco citato.*

Balſamum vulnerarium Metenſſi um ita deſcribit *Schröderus lib. 2. Pharmacop. med. chym. cap. 87.*

℞ *Ol. oliv. ſem. lin. purific.* ā ℔ß. *laur.* ℥
*Bacc.* Juniper. *ſtill.* ℥ß. *Caryophill.* ℥j.
*Aloës ſuccotr.* ℥ij. *Tereb. Venet.* ℥ij.
*Vir. æris* ℥iij. Ol. *alb.* ℥iß.

Pulveriſand. Pulveriſ. & coquantur ſi mul lento △ dum virorem acquirat oli um. F. Balſam. Celebre Emplaſtrum ſti cticum *Crolii p. 323. Baſil. chimic. deſcrip gumm. quoque* Juniperino ℔ß. *pondere gau det.* & Emplaſtro ſequenti puncturali ob um quoque additur, quod ita paratur.

℞ *Ol. roſar.* ℥IV. *Colophon. reſin. pic. na val.* ā ℥VI.
*Ceræ* ℥IV. Oli *alb.* | *Ceruſſ. venet. lap calamin.* ā ℥ijß.
*Oliban. myrrh.* ā ℥ij. *Maſtich.* ℥
*Mum.* ℥iß.
*Terr. ſigill. ſang. Dracon.* ā ℥ß. *Corr rubr. præparat.* ℥j.
*Lap. magnet. prep.* ℥iß. *camphor.* ℥
*Ol. ovo.* ℥iß. *Spic.* ℥j. *Juniper.* ℥iß.

Miſc. F. l.a. Emplaſtr. *Gryling. lib. V. M Pract. p. 3. cap. 20.*

Ungventum Polycirreſtum ut & Bal mum vulnerarium, unum *baccis*, alter *oleo* Juniperi inſignitum *idem* deſcri

*Au*

*Autor loc. cit. videndus.* Singularem obſervationem in vulnerede ſperato ſclopo illiſo tradit jam laudatus *Poterius Curat. 100. Centur. 1. obſervat.* & ad calorem conſopitum & ſemimortuum revocandum hoc fotu uſum ſe eſſe teſtatur.

℞ *Verbasc. hyperic. flor. ſalv. roſmarin. Laur. abſinth. verben.* ā Mj.
*Bacc. Juniper. Laur.* ā pij. Miſc.
F. Decoct. in ſ. q. ▽æ & vini.

Idem *Poterius Curat. 30. & 31. Centur. 1. Obſervat.* in vulneribus juncturarum cum oſſium fractura ad detergenda vulnera ſequentē ſe adhibuiſſe fotum refert.

℞ *Ariſtol. rot.* ℥j. *myrrh. elect.* ℥ij. *bacc. juniper.* pj.
*Fol. Prunell. alchimill. Vincetox.* ā Mj.
Paretur Decoct. in ſ. q. ▽æ & Vini cum modico ſale communi.

Ad vulnera venenata ſeu malignam qualitatem inducentia ſequentem quam maximis extollit laudibus *Agricola Tractat. 3. Chirurg. p. 396.*

℞ *Rad. Angel. Tormentill. mandragor. Croc. metall. cum Spir. Salis fixat. Croc. opt.* ā ℥iß.
*Bolet. cerv. Myrrh.* ā. ʒvi. *Cort. Citr. 2.*
*Lign. Saſſafr. Bacc. juniper. CC. raſpat.* ā ℥i.
*Terr. ſigill.* ℥ij. *Theriac.* ℔ß.
Miſc. omnia & cum Vin. malvat. ℔iij. vel

iv. digere calore leni, poſtea deſtillentu per alembicum Doſ. cochl. 1. ſæpius itc rando.

Ad ſanguinem profluentem è vul neribus ſiſtendum ſequens exhibet *Conr rad. Kunrath. medull. deſtill. p. 421.*

℞ *Lign. Juniper. ♀is, alum. uſt. ā part æqual.*

F. exinde Pulvis vulneribus inſpergend

*Idem p. 444. libr. cit.* ſingulare com ponit vulnerarium internum, quod ta men brevitatis ergò nolumus ad ponen ſed curioſum Lectorem ad locum cit tum remittimus.

Ad extrahenda ex vulneribus ſſp cula aliaque talia ſequens proponit *Ti mannus p. 409. de mater. medic.*

℞ *Rad. Nymph. aron. polypod. ā ℥j. Ra ℥ij.*

*Cymar. Juniper. ℥j. ling. cerv. ℥ß.*

Exſiccentur F. Pulvis, Miſceatur cu pinguedin. lepor. ℥j. liquefiat ad igne add.

*Dactyl. maj. ℥ij. Petrolei ℥j.*

F. Emplaſtrum pelli leporino induce dum.

Cum etiam tempeſtates aliæq aëris mutationes magna vulneribus i commoda poſſint comparare, ideò n imperitè monet *Ambroſ. Paræus lib. chirurg. cap. XI.* ut loca, in quibus co

mora

morantur vulnerati rebus odoratis ſæpè perfumentur, variasque ibidem præſcribit medicamentorum formulas, quibus omnibus *juniperina* addita ſunt *medicamenta*, ſicut loco citato videri poteſt.

## V. ULCERA.

Continui ſolutionem non vulnera ſolùm, ſed *ulcera* quoque variè efficiunt & lædunt, atque in omnibus corporis partibus carnoſis, ſub quibus muſculoſas, glanduloſas, parenchymaticas & illam quoque partem, quæ ὀνόνυμος & unicuique parti propria ac peculiaris eſt cum *Sebizio part. 8. Spec. Med. Pract. cap. 11.* complectimur, à re corrodendi facultate præditâ excitari poſſunt. *Ulcera.*

*Ulcera* ſunt varia, inprimis tamen ſunt vel *Interna* vel *Externa*, eaque vel *ſimplicia*, vel *compoſita*, prout à cauſarum varietate excitantur. De internis hoc loco agere non lubet, ſed tantum de externis & quid in hiſce *Juniperus* præſtet inquiremus. Ad ulcera ſordida abluenda & purificanda *aquam* commendat *Juniperi Tabernæmontanus lib. 3. Herbar. part. 2. cap. X.*

Decoctum ad Ulcera *Poterius* deſcribit in *Pharmacop. Spagyric. p. 25.*

℞ *Fol. plantag. anagall. querc.* ā Mj.
*Rad. ariſtol. rot.* ℥j. *Bacc. juniper.*

*Flor. chamomill.* ā ℈j. *alum. crud.* ℥iij.
Coqu. parùm in ▽â fabrorum q.ſ. Servetur ad uſum.

*Ulcera à veneficio introducta.* Ad *ulcera à veneficis* excitata, è quibus variæ quandoque prodeunt res ſordidæ & dolorificæ, ab incantatione introductæ, ſequens Emplaſtrum maximo cum ſucceſſu, præmiſsâ proprii ſtercoris (ſit venia dicto) impoſitione & in veſicâ bubulâ fumigatione applicuiſſe teſtatur *Joh. Agricola Tractat. V. Chirurg. parv. p. 648.*

℞ *Rad. filic. maj.* ℥ij. *Bacc. Juniper.* M. *Herb. antirrhin. adiant. aur. ante ortum ☉is collect.* ā Mij. *verben.* M.

Conciſ. contuſ. coqu. in ſ.q. ▽æ adiant. exprimantur, expreſſioni add.

*Sangv. catell. jun.* ℥ij. *Corall. rubr.* ℥ *ceræ* ℔ß.

*Reſin. ex viſco coryl. parat.* ℥j. *terebinth.* ℥ij.

M. F. l. a. Emplaſtrum.

*Ulcera narium.* Singularia medicamenta ſequentia in ulceribus narium commendat *Sennertus lib. 1. med. Pract. part. 2. ſect. IV. c.* 1. atque ad illorum exſiccationem ſequens Cataplasma capiti imponendum tradit.

℞ *Limac. num.* viij. *Cruſt. pan. ſiligin. toſt.* ℥j.

Contund. & admiſce *Pulv. Balauſt.* *rubr.* ā ℥ß.

*Gu*

*Gum. Sandarac. Ar.* ℥j, *Thur. maſtich.* ā
ʒij.
*Album. ovor. num.* ij.
Contund. & F. ſ. a. Cataplaſma.
Ex *Rondeletio* Trochiſcos pro ſuffitu præſcribit tales.
℞ *Ladan. pur. Hypociſtid. maſtich. myrrh.*
ā ʒij.
*Storac. rubr. & calamit. Cort. Thur.*
*Sandarac. Ar.*
*Auripigment. rubr.* ā ʒij.
Excipiantur cum Terebinth. F. Trochiſci pro ſuffitu manè & veſperi in cubiculo.
Vel
℞ *Gum. Sandarac. Ar. Myrrh.* ā ʒß.
*Oliban. maſtich.* ʒiß. *Ladan.* ʒß.
Cum ſ. q. Terebinth. F. Trochiſci.
Ad ulcera membrorum à frigore læſorum ſequens commendat Linimentum D. *Scultetus Obſervat.* 89. *Armament. Chirurg. p.* 216.
℞ *Bacc. juniper. contuſ.* Mj. *Butyr. liquat.*
℥iv.
In hoc butyro baccas juniperi coqu. ad nigredinem; Colaturam ſerva ad uſum.

## VI. SCABIES.

NOn turpis ſolùm, ſed maximè quoque moleſtus affectus *Scabies* totique corpori dicam ſcribit, & eſt infectio cutis cum pruritu, dolore & puſtulis interdum, nonnunquam etiam cum malignitate *Scabies.*

conjuncta ex acrimonia ſalſa, bilioſa vel ſeroſa ortum ducens.

Humores itaque peccantes altte randi & evacuandi, & quidem per pur gantia & diaphoretica.

Vinum alterans & Purgans tale ſca bioſis præſcribere ſolemus.

℞ *Herb. fumar. cuſcut. ſcabioſ.* ā Mß.
*Flor. cent. min.* Mj. *Fol. Senn. ſ. ſ.* ℥iß.
*Rad. ſarſaparill. hellebor. nigr.* ā ℥ß.
*Rhabarbar.* ʒij. *Cort. fraxin.*
*Bacc. juniper.* ā ℥j. *Sem. geniſt. cartha*
ā ʒiij.
⊖ ♀i ʒiß.

Conciſ. contuſ. D. ad chart. S. Blutre nigende Species zum Purgier-Wein.

Electuarium Sudoriferum tale tr dit *Gryling. part. 3. de tert. Evacuat. Un verſal. gener. p. 80.*

℞ *Extract. Junip.* ʒiij. *Rob ſambuc.*
*Extract. mithridat. theriac.* ā ℈ß.
⊖ *abſinth. juniper. chamomill. ca*
*bened.* ā gr. VI.
*Spir. ſambuc. Rot. man. chri. p*
ā ℈VI.
*Conſerv. citr.* ʒij. *Syrup. acet. citr.*
Miſce.

Simile huic idem deſcribit *lib. V. par Med. Pract. cap. X.*

Vel

℞ *Miſtur. ſimpl.* ʒß. *Rob Juniper.*
*Eſſent. ejusd.* ʒß.

▽æ *fumar.* ℥ij. *Theriacal. bezoard. noſtr.* ℥j.

Miſce D. S. Schweißträncklein auf 2. mahl.

*Elixir Juniperinum* non vice ſimplici ſcabioſis exhibuit *B.D.D. Friderici*, teſtante id variis in locis *Protocoll. Medic. MScr.*

Externè non infelix Practicus quidam ſequens in ſcabie adhibet unguentum.

℞ *Rad. biſtort.* ℨj. *Sarcocoll. lot.* ℨiiß.
*Sandarac. Ar.* ℈IV. *Tut. præp.* ℈ii.
*camphor.* ℈ß.
*Terebinth. in ▽ fumar. quater lot.* ℥IV.
*Ungv. ex ſucc. helen.* ℥VI. Miſc.

F. Unguentum. Poteſt etiam loco Unguenti ex ſucco helenii unguentum ad ſcabiem Auguſt. aſſumi.

Ad humiditates ex puſtulis & ulcuſculis ſiccandas *oleum* commendat *Juniperinum Sebizius part. VIII. Spec. Med. Pract. cap.* 18. ut & *Macaſius lib. poſter. Promptuar. Mater. med. cap. X.* qui & *lignum Juniperinum* pro balneo ſcabioſis adhibet.

Celebre eſt non ad ſcabiem ſolùm, ſed ad quasvis ferè corporis fœditates & maculas tollendas Unguentum medicamentoſum *Mynſichti ſect.* 35. *Armament. Chym. p.* 495. *deſcriptum &* ℥i. *olei Junip.* nobilitatum.

## VII. CORPULENTIA NIMIA.

*Corpulentia nimia.*

QUamvis bona corporis conſtituti & juſta magnitudo hominem meritò recreare gaudioque imbuere ſoleat, at tamen ſi illa excedat & conſtitutio corporis ejusque magnitudo nimiùm quantum augeatur, non moleſtiam ſolùm, ſed turpitudinem quoque corpori parere conſvevit humano, imò nimiam corpulentiam & obeſitatem propagationem generis ſui impedire palàm eſt, quapropter & illa quandoque tollenda eſt, in quem finem ſequentes componit pilulas *de Sandaracà Mynſichtus ſect. 7. Armament. Chym. p. 154.*

℞ *Sandarac. Ar. elect.* ℥ß. *Extract. polyp*
🜖*i alb.* ā ℥ii. *Succin. alb. ppt piper. nig.*
*Alum. roch. Sarcocoll. rubr.* ā ℥ß.
*Lacc. ablot. nitr. ppt. ariſtol. rot.*
*Sem. rut. ſylv. petroſel* ā ℈j.

Miſc. & cum ſucc. inſpiſſat. cent. min. Maſſa, Doſ. Pilular. ℈ß. quotidiè ſurgenti è lecto.

Sic & *Conrad. Kunrath. in medull. deſtillat. p. 426.* ad nimiam corporis molem attenuandam commendat *oleum deſtillatum ex Sandaraca ſeu Vernice* ad guttas quotidie cum oxymelitis cochlear. 1. vel 2. jejuno ſtomacho exhibitum.

Electuarium contra ſterilitatem

nim

nimiâ pinguedine ſupra *cap. 24. hujus tractat.* ſub titulo ſterilitatis deſcripſimus, quod *loc. cit.* videri poteſt.

Quod ſi nimia pingvedo matricis duntaxat orificium afficiat, *Arnoldus, notante Bened. Sinibaldo lib. 4. Geneantrop. tract. 1. cap. 8.* hujusmodi proponit inceſſum:

℞ *Malv. Rad. & fol. bis malv. palear. aven.* M IV.

F. Decoctio, in qua mulier usque ad umbilicum inſideat; poſt ſuffumigetur os uteri rutâ, calamentho, origano, marrubio, fol. laur. *juniperis* & ſimilibus.

## VIII. ATROPHIA.

*Atrophia.*

CUm homo non alitur debilem illum & decolorem fieri atque emaciari *Galenus lib. 12. meth. med. cap. 1.* pronunciavit, & qui aliter fieri poteſt? denegato enim nectare vivifico, ſangvine videlicet ad nutritionem idoneo, corpus vel univerſum, vel pars quædam illius determinata, cui aditus ſangvinis eſt præcluſus, vel ſi ipſe ſangvis ad nutritionem non ſit idoneus, emaciari, & tabe conſumatur neceſſe eſt.

Ad hanc avertendam & profligandam optimè conducunt ex *Junipero* confecta medicamenta, quippe quæ qualecunque ferè ſangvinis vitium corrigere cauſasque ſangvinis defectum inducen-

tes amovere & emendare optimè valent
ſicut abundè ex ſuperioribus liquet. Prœ
pterea miſſis ſangvinem humoresque
ſangvini admixtos alterantium & corri
gentium, Diaphoreticorum Diureticco
rumve formulis, externa ſaltem, in mem
brorum atrophia adhiberi ſolita, vide
bimus. Liberalis & prolixus in his de
ſcribendis eſt *Grylingius lib. V. part. 3. met.
Pract. cap. 16. ubi* varias ungventoru
formulas, *oleo* omnes *Juniperino* clara
exhibet, è quibus præ reliquis elegimu
ſequens, longo utpote uſu compertum

℞ *Summit. Sabin. Juniper. fol. leviſti.
rec.* ā Mij.
*Fl. chamomill.* pii. *Gran. Juniper.* p

Incidantur omnia & contundantur p
rùm, quibus adde

*Ol. Laur. lil.* ā *q. ſ. ad contegendum*
*Axung. porcin. quartar. I.* ▽*æ vit.* ℥

Coquantur omnia donec omnis hum
ditas ſit conſumta, colentur & exprima
tur, adde

*Ol. ſpic. vel Juniper.* ℈ij. *vel plus*
*Pulv. ſinap.* ℥ß. *Rad. Pyrethr.* ʒiij.
*Piper. rot. vel long. vel Zinzib.* ʒ
*Ceræ q. ſ. F. Linimentum.*

Balſamum reſumtivum, qui loco ſecu
adhiberi poteſt, ita componit idem A
tor.

℞ *Cancr. fluviat. num.* XV.

*M*

*Mur. ſylveſtr. in tergo lineâ nigrâ ornat. num.* VIII.

Coqu. mures cum vino pingvedoq́ue ſupernatans recipiatur, cui & cancris addatur

*Terebinth. Cypr. Butyr. majal.* ā ℔j.
*Bacc. juniper.* Miij.

Deſtill. △e lento & deſtillatum in Bal. Mar. rectificetur. S. Schwind-Balſam.

Plura qui cupit, adeat Autorem loco jam allegato.

Sequens pro attractione nutrimenti ad membra atrophiâ laborantia exhibet *Tilemannus d. mater. med. p.* 156.

℞ *Piper. long. nigr.* ā ʒij. *cinamom.* ʒß.
*Zinzib.* ʒij. *rad. aron. pyrethr.* ā ʒiij.
*Bacc. juniper.* Miß.

Conquaſſat. add. Spir. Vin. ℔iv. & applicetur.

Vel

℞ *Ol. Lumbric.* ℥ij. *piper. euphorb. caſtor.* ā ℥j.
*Juniper.* ʒij. Miſce.

*Fabric. Hildanus cap.* 24. *lib.* von der Glied-Waſſerſucht.

## X. OSSIUM DISLOCATIO ET FRACTURA.

NOn Apollinis reſponſum è tripode quod profectum veritati magis eſt conſentaneum ac egregia illa *Scaligeri* verba ita de natura *lib.* 1. *de plant.* diſſe-

rentis

*Naturæ laus.*

rentis: *Natura animali anima eſt. Ipſ*
*ſibi fabricat calces, dentes, cornua ad vitam*
*tuendam. Itaque iis & utitur & ſcit, qu*
*ſit utendum modo, ſine ſubjecto, aut phant*
*ſia ulla. Qui animam fecit, certis eam præ*
*ceptis oneravit, partim generalibus, parti*
*contractioribus. Illa ſunt quæ pertinent a*
*unionem ſuam cum corpore conſervandam*
*cujꝰ nullꝰ Autor debet eſſe extimus: Ejus ita*
*ſtudioſa movet cor; coquit in ventriculo; r*
*coquit in jecore, perficit in venis, digerit in*
*membris, mutat in corpus, ſuffert, unit, in*
*ſtaurat, redintegrat.* Et certè videmu
hoc quotidie in proprio corpore, quœ
ordinem quælibet corporis pars in offi
cio ſuo ritè exequendo & à naturâ ii
aſſignato ſervet, nec latum unguem a
illo recedat, & ſi forte fortuna illa in h
ſuo ordine perturbetur, quanta ex h
oriatur moleſtia.

*Oſſium ſtructura.*

Exempli loco ſit nobis oſſium ſtr
ctura, quam artificiosè illa omnia
per διάρθρωσιν, ejusque tres ſpeci
ἐνάρθρωσιν, ἀρθρωδίαν γίγγλυμον,
per σύμφυσιν absque medio ut per
φὴνιν, ἁρμονίαν, γόμφωσιν vel per m
dium ſive συγχόνδρωσιν ſive συνεύρω
vel συσσάρκωσιν ita ſunt invicem in
ſe connexa, ut ſi ullum à ſitu locoque
deſtinato & conſveto removeatur, m
nifeſtus & exquiſitus inde doloris ſen
oria

[o]riatur , ſicut in oſſium] dislocatione hoc quotidiè maximo cum damno & moleſtia ægri experiuntur.

Oſſa autem à ſede naturali deturbantur varias ob cauſas, 1. ob cavitatis oſſa excipientis vel laxitatem, vel anguſtiam, ob ligamentorum nimiam emollitionem, relaxationem, tenſionem aut ruptionem, varias ob cauſas provenientem, 3. ob violentam expulſionem. Quoties igitur oſſium contingit luxatio, tunc inprimis os laxatum manu chirurgi reponatur, repoſitum in ſede ſuâ ut permaneat, curetur, cauſæ luxationis removeantur & ne iterùm illa contingat, omni ſtudio præcaveatur. Si oſſium luxatio ab humoribus viſcidis, glutinoſis & ☿eis exoriatur, tunc ſequentem Spiritum maximo cum fructu exhibuiſſe prædicat *Joh. Agricola Tractat. 8. Chirurg. parv. p. 859.* *Oſſium dislocatio.*

℞ *Criſtall. è nucl. perſic. Rad. Eryng. ononid. verben.* ā ℥j.
*Herb. ſaxifrag. lign. frax.* ā ℥iß. *Bacc. laur. juniper.*
Oc. 69. ā ℥ij. *Sem. urtic. Roman. lapath. maj. geniſt. mil.* ☉*is* ā ℥j.

Ex baccis lauri & *Juniperi* atque ſeminibus F. cum Spir. Vin. extractio more ſolito, extractionem cola & in Colatura diſſolvere, criſtallos ſupra dictos, po-

ſtea

ſtea Salis ⊖i albiſſ. ℔i. affunde hanc, &
quidem per vices, compoſitionem digere
re per ♀♂ octo lento calore cinerum
poſtea cum ſ.q.argill.figul.impaſta & for
ma globulos, quos in umbra exſiccato
poſtea per retort. pelle△e aperto, appo
ſito recipiente ſatis magno, & prodibo
Spiritus elegantiſſimus & penetrantiſſi
mus, cujus Doſ. à ʒß. ad ʒi. in vehicul
convenienti.

Externè conveniet Emplaſtrum
Diaphoreticum Mynſichti, ℥i. *Sandarac.*
*Ar.* clarum, cujus deſcriptio videri po
teſt ſect. 36. Armamentar. Chym. p. 51

Sequens Emplaſtrum jam laudatu
Agricola libr. cit. p. 868. in oſſium lux
tione extollit.

℞ ∞ *deſtillat. ex oſſib. human. rect.*
℔ß. *Nuc. moſch. expr.* ℥iij.
*Colophon. Succin. citr.* ā ℥iß. *Bdel*
*ammoniac.* ✝ *ſol.* ā ℥j.
*Terebinth.* ℥ii. *Sandarac. Ar. Thur*
*maſtich.* ā ℥ß.
*Terr.* ⊕*l. dulc.* ℥i. *Croc.* ♂*is* ℥ß. *C*
*ra q.ſ.*

Miſc. F. l. a. Emplaſtrum.

Sequentem ſacculum in oſſium
moris luxatione adhibuit *Fabric. Hild*

℞ *Fol. & flor. beton. anthow, abſin*
*origan. ſalv.*
*Flor. prim. ver. lavend.* ā Mj. *roſar.*
*Ba*

*Bacc. juniper. viſc. querc.* ā Mij. *Sem. aniſ.* ℥ij.

Conciſ. contuſ. D. ad ſacculum.

Sic & in eodem malo ſuccum lumbricorum cum ▽*ā juniperi* & lavend. ſine vino deſtill. parare & adhibere docet Idem *loc. cit.* In oſſium fractura *Idem Hildanus* ſequens ungventum adhibuiſſe teſtatur *cent. 3. obſerv. chirurg. 90.* *Oſſium fractura.*

℞ *Oˡ lumbric.* ℥ij. *juniper.* ʒij.
*Liquor. lumbric.* ʒj.

Miſc. F. Ungventum.

## X. CONTRACTURA ET MOTUS IMPOTENTIA.

IMpoſſibile eſt, inquit *Averrhoës 1. de cœl. com. 81.* corpus naturale ſine naturali motu eſſe, tùm etiam quia alioquin tale corpus otioſum eſſet; Hoc autem ipſa fugit natura, quippe quæ nunquã otioſa, ſed ſemper negotioſa exiſtit, unde & Symbolum Collegarum Academiæ Naturæ Curioſorum tanquam fideliſſimorum Naturæ Imitatorum ortum, quod quisque eorum NUNQUAM OTIOSUS inveniatur, cum & ipſam quaſi vitam denegari velint illis nonnulli Philoſophorum, qui otioſi vitam conſumunt, ut & illis, qui liberè ſe movere nequeunt, tum vivere dicant à ſe ipſo, & non ab illo quod movetur, ideoque ex hoc ſatis liquet eorum miſeria, qui motus impotentia

tentia

tentia laborant, cum ex eorum menti potius ad mortuorum quàm vivorum claſſem pertineat.

Tollitur, autem motus variè, 1. Paralyſi & Apoplexia, 2. muſculorum ni- miâ refrigeratione, 3. Atrophia, 4. à nimia tendinum extenſione 5. Tumore & dolo- re muſculorum, 6. ſoluta unitate, 7. à oſſium luxatione, 8. à vitiis ligamento- rum, 9. humoribus duris, ſcirrhis & nodis in muſculis & inprimis circa ten- dines genitis, quod vitium propriè Ger- manos Contracturam appellare teſtatur *Sennertus lib. 1. med. Pract. part. 2. cap.* 10. ab exſiccatione & induratione tendi- num, muſculorum & interdum cartila- ginis oſſium capita munire ſolitæ. Prio- res octo cauſas relinquimus, & hoc loco de duobus ſaltem poſterioribus hic agi- mus motionis impeditæ vitiis.

*Contra-ctura.*

Ad hæc tollenda

℞ *Rad. Ebul* ℔iv. *gentian. bacc. lau. Juniper.*
*Herb. rut. ſylv.* ā Mij. *Fl. chamom.*
*Fol. Agrimon. ſalic. querc.* ā Mj.

Miſc. S. Species pro Balneo, *Sennert. 1. Med. Pract. 2. cap. 26.*

Simile Balneum Contractis ſvadet *Conrad Kunrath Tractat. 20. Medull. ſtill. p. 421.*

℞ *Frutic. Juniper. conor. abiet rad. ur. Ebul.* ā *part. æqual.*

Incluſ. ſacculo coqu. in ſ. q. ▽æ in lebete & huic patiens bis in die immergatur.

*Tabernæmontanus part. 4.* des Artzeney Buchs *cap. 9.* hoc commendat Decoctum.

℞ *Cydon. in arbore putreſc. caſtor.*
*Bacc. laur. juniper. fol. ſalv.* ā *q. v.*

Conciſ. contuſ. coqu. in vino, quo membra rigida laventur.

*Philipp. Gryling. lib. 5. Med. Pract. part. 3. cap. 18.* itidem Decoctum ex *ſummitatit. Juniper. cum baccellis, herb. ſalv. agreſt. origan. fol. querc. abſinth. & fruct. abiet.* ā *q. ſ.* in aqua ad conſumptionem humiditatis & ad ſpiſſitudinem coctis parat, hocque exhibet Unguentum Regale compoſitum.

℞ *Herb. rut. rec. ſalv. anth. beton. abſinth. meliſſ. menth. aneth. fl. chamomill.* ā Mx. *Iv. arthet.* MIV. *Majoran. abrot. puleg. card. bened. hyperic.* ā Miij.

Inciſ. & contuſ. infund. in ol. olivar. recent. & clari ℔xxx. ſtent in infuſione vini Franc. ℔IV. Deinde coquantur ad conſumptionem aquoſitatis, in fine add.

*Ungv. d. alth.* ℔iij. *ol. laur.* ℔VI. *lumbr.*
*Ol. chamomill. vulpin. roſar.* ā ℔j.
*Spic. juniper. petrol. terebinth.* ā ℥ij.
*Ceræ q. ſ.* M. F. Unguentum.

Ad contracturam Scorbuticam Incomparabilis *Sennertus* ſequens Ungventum exhi-

exhibet *lib. 3. Med. Pract. part. V. Sect. 2. cap. 7.*

℞ *Ungv. dialth.* ℥ß. *ol. chamomill. lil. alb. aneth.* ā ℨij.
*Gran. Juniper. contuſ.* ℨi. *M. F.* Unguentum.

## Caput XXVII.

## IN MORBIS CAPITIS EXTERNIS JUNIPERI EFFICACIAM REVELAT.

### I. TINEA.

POſteaquam affectus partium externarum, qui multis diverſisque partibus ſunt communes, conſideravimus, reſtat ut promiſſi memores & reliquorum externorum membrorum morbos contemplemur, uſumque Juniperi porrò laudum encomio proſequamur. Ordiamur à capite: Hic primum occurrit fœdum & moleſtum illud vitium Tineæ dictum, & eſt affectio capitis ulceroſa, fœtida, cruſtoſa, ſquamoſa vel ficoſa, interdum & contagioſa, achoribus & faviis deterior, ab humore acri, ſalſo & quandoque maligno, orta, medicamentis ægrè cedens.

*Tinea.*

Præmiſſis præmittendis medicamentis alterantibus & evacuantibus; deraſis capillis eorumque bulbis extractis ad ablationem & extirpationem fermenti

menti alieni & ad deterſionem humorum ☿oſorum inde promanantium tale ordinat Lixivium *Franc. Grembſius p. 204. arbor. integr. & ruinoſ. hom.*

℞ *Stercor. gallin. in furno exſiccat. part. 2. vel ℥ij. ovium part. 1. vel ℥j.*
*Ciner. ſarment. vit. lign. querc. Juniper. ſtipit. fabar. part. med. vel ℥ß.*

Coqu. cum ▽ extinctionis F. lixivium, in quo coqu. abſinth. beton. marrub. lupin. fab. ã q. v. addendo parum ⊖is.

Sic & *Nobiliſſimus D. D. Febr, Argonauta noſter honoratiſſimus, pag. 148 hier. picr.* Decoctum ſeu lixivium ex abſinth. *ſummit. juniper.* & radic. ſcrophular. cum cineribus fagi vel vitis paratum ſingulari virtute ad tineam prodeſſe teſtatur.

Vel

℞ *Fol. nuc. jugland. querc.* ã Mj. *cort. med. querc.* ℥ß.
*Bacc. Juniper.* Miß. F. Decoctum pro lotione capitis.

Poſt lotionem pars affecta inungi poteſt ungvento quodam idoneo vel illo, quod in tineâ adhibuit Platerus referente illo *lib. 2. Obſervat. p. 543.*

℞ *Ol. nuc. lign. Juniper.* ã ℥ij. *Lucernar.* ℥iß.
*Nuc. integr. uſtar.* ʒvi. *Fulig. furn.* ℥ß.
*Litharg.* ℥ß. *Fugitivi extincti in Laricea* ʒvi.

*Alum.* ℥ij. *Ærug. æris* ʒj. *Sem. Juniper.* ʒij.
*Acet. fortiſſ.* ℥ß. *mell.* ℥j.

Agitentur invicem cum Laricea f.q. donec fiat inſtar nutriti. Utatur bis in die.

## II. CAPILLORUM PROFLUVIUM ET CANITIES.

TAnta eſt Creatoris maximi erga genus humanum benignitas, ut nihil in corpore hominis fruſtra, ſed omnia potiùs inſignis utilitatis ergò fecerit, ſicque & capillos, qui tamen excrementa nonnullis audiunt, duplicem ob uſum & utilitatem ſecundum *Lodoicum Vaſſæum Tabular. Anatomicar.* 3. *p.* 209. homini ſit elargitus, ut 1. ad partes operiendas & 2. ad craſſiora excrementa conſumenda conducant, quibus commodis duplicem adhuc addit uſum *Bartholinus lib.* 3. *Anat. tom. reform. cap.* 1. nempe ut partium corporis ſint ornamentum & præterea temperamenti, animi morum atque morborum occultorum quandoque indicia. His itaque homo ſi ſpolietur, non turpitudine ſolùm, ſed vario inſuper afficitur incommodo.

*Capillorum profluvium.*

Hoc ut præcaveatur, vel facta jam calvities tollatur.

℞ *Lixiv. è cinerib. querc. fact.* ℔v. *Galla non perfor.* ℥ß.

*Herr*

*Herb. adianth.* pj. *Fol. querc. roſ.* ā pij.
*Bacc. juniper.* pj. *Acat. ladan.* ā ℥ij.

Ligatis in petiâ acat. & ladano coquantur reliqua in lixivio ad tertiæ partis conſumptionem, factâ colaturâ lavetur caput & ut ſpontè exſiccetur, permittatur. *Gryling. lib. 5. Med. Pract. part. 3. cap. 1.*

*Oleum Juniperinum* ſpecificâ virtute pilos producere & eorum profluvium prohibere notat *Sebizius part. 2. Spec. Med. Pract. ſect. 1. cap. 1. & Macaſius promptuar. Mater. Med. lib. poſterior. cap. 17.*

Ad Canitiem nimis citam avertendam *Lignum Juniperi* conciſum, vel fol. myrth. nuces cupreſſ. Cort. Abiet. Gallas &c. lixivio admiſcere ſvadet *Tabernæmontanus part. 1.* des Artzeney-Buchs *cap. 3.* *Canities.*

## III. FACIEI VITIA.

TAntæ eſt utilitatis & præſtantiæ *Juniperus*, ut non ad ſanitatem ſolùm conſervandam, ſed ornamentum quoque corpori conciliandum præclarè faciat, & cum formoſa facies muta ſit commendatio, ad pleraque faciei vitia fœditatem illi conciliantia non ſine fructu adhibetur. Sic ad lentigines & impetigines *oleum Juniperi part. 2. Spec. Med. Pract. ſect. 3. cap. 1. & 14.* & ad Varos *Spiritum juniper. cap. XI. cit. loc.* commendat *Sebizius.* *Lentigines: Impetigines.*

Ad aqualam ſeu Veſiculam palpe- *Aquala.*

 bræ

bræ ſuperiori frequenter inſidentem ſuo-que pondere apertionem ejus impedien-tem *baccas Juniperi* idem adhibet *Schi-zius ſect. V. libr. cit. cap. 9.*

*Ciliorum mollities.* Ad mollitiem Ciliorum in oculos delabentium ibique dolores ac lachry-mas & conſequenter fœditatem faciei conciliantium hanc componit aquam *Sennertus lib. 1. Prax. med. part. 3. ſect. 22. cap. 8.*

℞ *Fol. querc. verben.* ā Mj. *Viſc. è pyro, fo'. bux.*
*Germ. Juniper. alum.* ā Miiß.

Affund. aceti & aquæ pluv. ā q.ſ. Deſtill. in veſicâ & hâc aquâ palpebræ bis in die illinantur.

*παλμὸς palpebrarum.* Faciem quoque fœdat palpebrarum παλμὸς ſeu palpitatio, ad quam tol-lendam ſequentem præſcribit aquam *Bartiiſchius part. 9. ὀφθαλμοδουλείας c. 13.*

℞ *Cort. ſalic.* ℥iv. *Bacc. Juniper.* ℥iijß. *Herb. ſalv.* ℥iijß. *Caſtor.* ℥iß. *Bacc. laur.* ℥j.

Pulveriſatis & mixtis omnibus affund. vini Moſchatellin. ℔iij. digere per ♀ c. viii. deſtilla & ſæpiùs hâc aquâ inunge ſponteque areſieri permitte.

## Caput XXVIII.

## COLLI STRUMAS TOLLERE JUNIPERUM ASSE-RIT.

Cum

CUm collum medium ſit inter caput & thoracem de ſtrumis illius ut externo affectu peculiari hoc capite agendum eſt. Vocatur hic affectus Strumæ, Scrophulæ, & à nonnullis Bronchocele; Differunt tamen hæ appellationes aliquatenus inter ſe ratione ſitus, ortus, conſiſtentiæ & cauſarum, de quibus autem agere cum jam noſtri non ſit inſtituti, videri poteſt de his *Langius lib.* 1. *Epiſt.* 43. *Platerus lib.* 3. *obſervat. Sennert. lib.* 2. *Prax.*

*Struma* *Scrophulæ.* *Bronchocele.*

Ad tumorem quemcunque durum, ſcirrhoſum vel cancroſum commendat *Deckerus in not. ad Prax. Barbett. p. m.* 59. ſequens deſtillatum. *Tumor.*

℞ *Gumm. galban. pur.* ℥ij. *opii Theb.* ʒij.
*Spir. Vin. aromatic.* ℥vi.

(Ex ſalviâ, rutâ, *bacc. juniper.* ſem. carv. aniſ. fœnic. &c. deſtillat. & cohobati.)

Mixta digerantur per octiduum deſtillenturque leni calore ex retortâ vitreâ, biſque ad minimum cohobentur.

℞ *Hujus deſtillati* ℥j. *Spir.* ✻ *ci* ℥j.

Digerantur iterùm leviſſimoque calore deſtillentur per alembicum humilem, & ſeorſim ſervetur ⊖ volatile in formâ ſiccâ.

℞ *Hujus* ⊖ *is volatil.* ℥ß.
*Butyri non ſalit.* ſ. *ſæpius lavat.*
℥j. Miſc.

F. Ungventum, cancro tumoribusque duris illinendum &c.

Peculiarem curam in virgine nobili ſtrumis laborante tradit *Gryling. lib. 5. Med. Pract. part. 3. cap. 19.* ubi præmiſsa purgatione & ſcrophularum emollitione per linimentum & Emplaſtrum hoc vinum uſuale præſcribit.

℞ *Fol. beton.* Miß. *Salv.* Mj. *Lign. ſasſafr.* ℥VI. *Gvajac.* ℥j.
*Rad. ſarſaparil.* ℥ß. *Pæon. flor. caryophill.* ā ℥iij.
*Herb. chamædr. chamæpyt.* ā ℥j. *radd. Glyzyrrhiz.* ℥ß.
*Bacc. Juniper.* ℥iß. *Nuc. moſch. zinzib. cubeb.*
*Sem. aniſ. coriandr. ppt. fœnic. card. bened.* ā ℈ij.

Inciſ. & contuſ. includ. nodulo & menſur. ij. Vini infundantur.

Pulverem ibidem deſcribit, cujus tamen loco Vinum Syrupi inſtar quod eſt comparari docet, quod tale.

℞ *Rad. Pentaph. caryophillat. glyzyrrhiz. ſcrophul. filipend.* ā ℥ß. *ariſt. rot.* ℥iiß.
*Herb. pimpinell. ſalv. beton.* ā Mj.
*Sem. urtic. fœnic. apii, coriandr. ppt.* ā ℥j.
*Flor. geniſt.* Mß. *Cicer. rubr.* ℥VI. *Lign. guajac.* ℥j.
*Lign. ſaſſafr.* ℥ß. *bacc. junip.* ℥iiß. O. ℥iij.
*Vini* ℔ij. *aquæ* ℥IV. *mell.* ℥IVß.

Coqu

Coqu. ad remanentiam ℥xv. Colatura aromatiſetur cinamomo & rotul. man. Chriſt. Doſ. ℥iij. hor. 3. ante prandium.

*Lochius* teſte *citato jam Autore* corpore evacuato locum ſtrumarum hoc fomento ſpongiâ madefactâ fomentari juſſit.

℞ ▽. *vit. compoſ. ſimpl. Spir. junip.* ā ℥j.
*Flor. chamomill. melilot.* ā ℥j.
*Sem. lin. fœn. græc.* ā ℥ii. *rad. ariſtol. rot. pyrethr.* ā ℥ß.

Incidantur & coquantur parùm pro fotu. Plura videantur *loco citato.*

## CAPUT XXIX.

## ISCHIADICUM DOLOREM PELLERE JUNIPERUM PROBAT.

Quamvis ad arthritidem commodè referatur *Dolor Iſchiadicus*, quoniam ab iisdem ferè cauſis ac illa proveniat, lubuit tamen peculiari hoc capite de illo agere, cum ideò dolor iſte di[illegible] dicus, quod circa oſſis [illegible] animadvertatur ibique [illegible] arroget. Malum eſt [illegible] nax, propter loci p[illegible] plitudinem ac ma[illegible] am, quam amplu[illegible] *Dolor Iſchiadicus.*

Curationem [illegible] umque communem [illegible] um differt, niſi quod [illegible]

purgantia fortiora, vomitoria inprimis, fortioraque medicamenta reſolventia & attrahentia requirat.

Interna, quoniam de iisdem in arthritidis conſideratione egimus, libenter jam ſicco præterimus pede & externa ſaltem celebriora adnectimus medicamenta.

Ad pertinacem dolorem Iſchiadicum ſequens adhibuit Ungventum *Il. Scultetus obſervat. 73. part. 2. Armament. Chirurg. p. 174.*

℞ *Pingved. tax. vulpin.* ā ℥iij.
*Ol. maſtich. coct.* ℥ij. *Spic.* ℥j. *juniper. deſtillat.* ʒj. Miſce.

Vel

℞ *Flor. Hyoſciam. menſ. Jun. collect.* q. v.
Indantur vitro & probè occludantur, ſub terram ſepeliantur, ibi mutabuntur in ∇m.

℞ Cujus ∇ ℥ ij. ol. juniper. ʒj.
miſce et loco dolenti applica. Hoc 3. ho-
rarum ſpatio dolorem lenire affirma[t]
Conrad: Kunrath tract: 20. medull. deſtill.
pag 450 ibi et multa alia videnda.
Platerus lib: 3. obſervat. fol. 514. i[n]
ejusmodi dolore locum affectum inun[gi]
juſſit cum ∇ vitae infuſ. thym. ros-
marini ſalviae lavendulae majoran. addito ol.
juniperi et hard patiens. Poterius Centur.
2 obſervat Carat. X [illegible] pium ſequen[tem]

i modo paratum in pertinaciſſimâ, a-
rociſſima, funeſtiſſimâ & planè deplora-
â Iſchiatide optimo cum ſucceſſu para-
it illudque paululum mutatum *Curat.13.*
âdem utilitate repetiit.

℞ *Rad. Bryon.* ℔ij. *Ebul. faſcicul.* IV.
*Bacc. juniper.* ℔j.
*Fol. prim. ver. Iv. arthet. menth. major.*
*Salv. roſmarin. chamomill. melilot.*
ā M IV.
Conciſ. D. S. Species pro Semicupio.

*Curatione 35. Idem Autor* loco affe-
cto ſequentem fotum admovit.

℞ *Bacc. Juniper. laur. ſem. fœn. græc. lin.*
*cumin.* ā pij.
*Herb. menth. ſalv. roſmarin. Iv. arthet.*
*arthemiſ.* ā Mj.
Coqu. in ſ. q. 🜄æ & Vini pro fotu.

Thermas artificiales hic non in-
congruas ita parat *Tilemannus p. 396. d.*
*mater. med.*

℞ 🜍 *citr.* ℔iij
🜕*i alb.*
*Lumbri*
*Herb. ro*
*cham*
*Fl. cham*
Coqu. in 🜄â

## CAPUT XXX.
## LAUDES JUNIPERI IN PE DUM DOLORE ET CLAVIS DECANTAT.

A Capite usque ad calcem pervenimus, reſtat itaque ut de pedum vitiis externis etiam agamus. Dolore ſæpiùs corripiuntur pedes, quo ambulandi facultas impeditur, inprimis maximos eis conciliat cruciatus Podagra, qua de cum in arthritidis conſideratione egerimus, jam ulteriùs nihil, brevitatis ergò monebimus.

*Dolor pedum à frigore.* A cauſâ frigidâ ſæpiſſimè dolor immittitur pedibus, ut à frigore aliiſque cauſis refrigerantibus, qui ſi contigat, ſequens opponit eidem *B. D. D. Schenckius ſect. 5. Syntagm. præſcrib. medic. cap.*

℞ *▽æ juniper.* ℥iij. *ſalv. e. v.* ℥iß.
*Spir. roriſmarin.* ʒiß. *Terebinth.* ℈

[illegible] ſſe.
[illegible] freque
[illegible] ula ſicc
[illegible] craſſa, vir
[illegible] endos
[illegible] *lingius*
[illegible] à ʒß.
[illegible] *Ceræ* ʒß.
[illegible] *reſolven*
C

## Caput XXXI.

## JUNIPERUM AD CONDITURAM CADAVERUM PARATUM OFFENDIT.

PErductis ad finem omnibus internis & externis corporis humani affectibus in quibus aliqua ſperanda à *Junipero* ſalus, illam poſt mortem quoque homini inſervire paratum offendimus, dum balſamicâ ſuâ vi corruptionem ab hominis cadavere arcere & incorruptibilitati illud reſervare conatur, aliis admixtis ſi exhibeatur, Exemplum nobis præbet B. *D. D. Rolfincius ſect. 1. lib. de purgantibus Vegetabilibus artic. 2. cap. 49.* qui hodiernam aloeticam & aromaticam myrrhationem mediocris impenſæ ita deſcribit, quam propter raritatem hic verbotenus adſcribere voluimus veniamque à B. L. nos impetraturos ſperamus.

*Cadaverum hodierna conditura.*

I. Aperto cadavere & infimo ventre eximantur omnia viſcera & in peculiari arcâ recondantur. In peculiari etiam ciſtâ excipiantur medii ventris contenta, Cor & pulmones cum flabello ſuo diaphragmate. Poteſt etiam eximi cerebrum aperta calvaria & in peculiari recônditorio aſſervari.

II. Cavitates ſingulæ mundentur ſpongiâ à ſanguine.

III. Mundentur iterum ſpongiâ imbuta ſequenti ſpiritu. ℞ *Alu-*

℞ *Aluminis rupei in 🜄. vini diſſoluti* ℥iv
*Spir. Vin. (vel quod fortè abbalſamicam vim penetrantium, Spir. juniper.)* ℔ij.
& fortiter affricentur.

IV. Poſt factam ablutionem reſin Terebinthinæ Cypriæ, ſeu venetæ, incru ſtentur cavitates, ut pulveres melius ad hæreant.

V. Ventres ſeu cavitates ſequenti bus ſpeciebus ſeu pulveribus groſſis im pleantur.

℞ *Aloës hepat.* ℔ij. *Myrrh.* ℔j.
*🜨li leniter calcinat.* 🜍 *citrini,*
*Raſur. lign. ſanct. Rhod.* ā ℔j. *Bol. armen.*
*Rad. leviſt. angelic. enul. gentian. rubi*
*Ireos Florent. valerian.* ā ℥iv.
*Bacc. Juniper.* Miij. *Laur.* Mij.
*Herb. ſcord.* MIV. *Menth. criſp. balſa mitæ corymbiferæ, ſalv. lavend. hyſ ſop. majoran. roſmarin. abſint abrotan. orig.* ā MVIII. *Fol. laur.* MIV.
*Flor. roſar. violar. cum calycul.* ā Mij
*Camphoræ* ℥ß.

Incidantur groſſo modo.

VI. His peractis ventres conſuan tur & totum corpus inungatur ſequenti balſamo.

℞ *Ol. abſinth. rut. ſpic. chamæmel. laur cocti* ā ℥iv. *juniperi, ſuccin.* ā ℥ij
*Terebinth.* ℥j. Miſce.

Al

d incerationem induſii, quo corpus oſt inunctionem induatur.

℞ *Terebinth.* ℔ij. *Cera* ℔xv. *Diſſolvantur cum oleo communi pro cerato.*

VII. Inſuatur poſt linteo ſeu indu- o incerato. Cera vel aſſumi poteſt la, vel myrrhâ & aloë pulveriſatis per- ixta. Conſpergatur ſequentibus.

℞ *Herbar. abſinth. ſcordii noſtrat.* ā Mvi.
*Fol. ſaturej. thym. centaur. minor.* ā Miij.
*Sem. coriandr.* ℥vi. *nigell.* ℥ij. *cumin. carv. aniſ.* ā ℥iß.
*Rad. cyper. rotund. & long. enul. acor. ver. rubr.*
*Valerian. hortenſ. ſylveſtr. vincetox. Ireos Florent.* ā ℥vi. *Libanotidis Theophraſti albæ* ℥x.
*Flor. calendul. conſolid. regal. cartham. nymphea cheir. cyani, anthous hortenſ. ſylveſtr.*
*Summitat. polii montan.* ā Mj.
*Succin. flav. manna, thur.* ā ℔ß.
*Aloës epat. myrrh. maſtich. benz. ſtorac. calamit.*
*Ladan. cinamom. caryophill. Nuc. moſch. macis, croc.* ā ℥j.

ſce & omnia emunctoria, narium fiſ- am, ani oſtium, inguina, interfœmi- um, axillas, narium hiatus, aures con- rge: Divaricatis cruribus applicari ita

ita poteſt, ut caligæ ſuperindui cum th[o]race & totum veſtimentum applica[ri] poſſint.

VIII. Recondito cadavere in ſa[n]dapilâ capilli pulvere cyprio odora[ri] aſpergi, barba curari manusque illi[ni] poſſunt ₒ°ₒ ſpicæ, petroleo, *juniperino*, T[e]rebinthinæ. Oleo anthous narium fo[ra]mina & auditorius meatus inungi, gоſſypio balſamo, ex ₒ°ₒ nucis moſch[atæ] expreſſo & ₒ°ₒ ſuccini parato, impræg[na]to obturari poſſunt.

Hoc modo curatum corpus adſ[er]vari & ſpectatoribus oſtendi per mul[tas] poteſt ſeptimanas.

IX. Operculum ſandapilæ inter[ius] illinatur *Spiritu & oleo juniperi*.

X. Cum noctu operculum imp[o]nere conſultum, ne vaporum exhala[tio] prohibeatur, in supernâ parte foram[en] amplum faciendum eique adaptan[dus] canales ferreus, ulneæ unius, vel di[mi]diæ æquans altitudinem.

XI. Viſcera exempta honavrri q[ue]unt aſperſione ſequentis pulveris & [in] ciſtulâ ſuâ terræ matri concredi.

℞ *Pulv. roſar. rubr. chamæmel. rom[an].* ā Mij.

*Lavendul. c. florib.* Miij. *Rad. a[...] verb. rubr.*

*Cyper. rotund. long. valerian. ireos F[l].* ā ℥vi.

*Cina[...]*

*Cinamom.*℥j. *Aloës hepat.* ¼ ℔ *myrrh. rubr.* ℥ij.
*Mannæ, thuris* ℥ß. *ſuccin. flav.*℥v.
*Sandalorum omnium* ā ℥ij.
Contundantur in minutum Pulverem S. Pulver zum Balſamiren.

## CAPUT XXXII.

## CUM USU JUNIPERI OECONOMICO CONCLUDIT.

USus Juniperi ſoli pharmaciæ ſe includi recuſat, ſed patrifamilias quoque & œconomiæ auxiliatrices ſuppeditare vult palmas, cui tàm prodeſt, quàm eundem delectat, ideoque paucis uſum œconomicum *Juniperi* delineabimus. *Uſus Juniperi œconomicus.*

1. Conducunt *baccæ Juniperi* ad ſaporem carnis ferinæ emendandæ; ſi illa aceto & *iisdem* condiatur, eamque diu à corruptione præſervant.

2. Saporem quoque emendant Braſſicæ capitatæ eandemque ne putreſcat, prohibent.

3. Crudâ & incoctâ braſſicâ capitatâ qui delectantur, illos hoc juſculi genus eidem affudiſſe vidimus.

℞ *Vini rubri q.v. Sem. cumin. fruct. acat. noſtr.*
*Bacc. juniper. aceto macerat. q.ſ. Sinapeos q.ſ. ad gratum ſaporem.*

4. Vinum à corruptione *Radix ju-*

 *ni-*

*niperi* præſervare, dolio vel per ſe, vel additis lupulo, ſem. arthemiſ. flor. lavendulæ, incluſa dicitur, baccæque vitioſum vini ſaporem corrigere creduntur.

5. Cereviſiæ ſaporem à dolio contractum ſequentia mutare & emendare ajunt hujus rei periti.

℞ *Ov. ad durit. coct. num.* ij. *vel* IV. *vel q.v.*
*Bacc. juniper. Rad. angel. caryophillat.* ā *q.ſ.*

Miſc. & Cereviſiæ indantur.

6. In hypocauſto muſcis nimium referto ſi fumus *ex fruticibus ligno & baccis Juniperi* excitetur & per noctem in hypocauſto optimo clauſo relinquatur, fumum illum omnes muſcas occidere aſſerit *Conrad. Kunrath. medull. deſtill. p.* 24.

Et hæc de Junipero ſufficiant.

*Concluſio.*

Ad portum ventum eſt! placido ſtant littore puppes
Velaque contrahimus tenſiſque ad ſidera palmis
Jam dignas grates, TIBI, nunc perſolvimus imo
Pectoris ex fundo terræque polique Monarchæ,
Quod noſtris precibus venerandum adſcribere FIAT
Dignatus fueris, nam TE DUCE & AUSPICE ſolo

Ingenii tenuem modò per vaſta æquoris arva
Artis Apollineæ cymbam perducimus atque
Jam calamo mentis noſtræ ſenſa addere doctis
Artificum inventis, viresque & commoda acutæ
Juniperi licuit ſcrutari & ſiſtere mundo.
Alter nunc inſtat curſus diſcrimine plenꝰ
Navi huic, dum pontum, qui omnem complectitur orbem,
Pontum tam perdocti orbis, percurrere debet,
Et ſic per medios ſcopulos variasque procellas
Judiciûm luſtrare vias: Hæc tanta pericla
Navis ut effugiat TE, quæſumus, Argonauta
Omnipotens faxis, ſcopulis ne illiſa perire
Cogatur, faxisque hæc ne ſine fœnore multo
Ad patrias redeat terras laudisque decore,
Nominis inprimis divini artisq; medentum,
Is porrò & noſtræ puppisque & proræ ſalutis
Noſtraque pro voto clementer cæpta ſecundes

Et Zoilûm avertas viroſæ ſcommate
linguæ
Sub clypeoque Tuo ſerves nos vindice
dextra,
Sic in Te toti ſperantes nulla pericla
Nullos latratus Momorum, ut Cynthia
clara,
Curamus, nullâ curarum mole grava-
mur,
Sed læti auxilium Divum cantamus in
ævum.

*F I N I S.*

INDEX

Colica paſſio & ejus Cura 232
Concluſio hujus tractatus 377
Contracturæ Curatio 360
Convulſio ejusque remedia 109
Cordis Palpitatio & ejus remedia 173
Cordi an conveniat Tremor 174
Corpulent. nimia quomodo tollenda 352
Cortex Juniperi 37
Ejus Vires ibid. ſeq.
DEcoctum ligni Juniperini 37
Decoctum gummi Juniperini 86
Dentiũ Dolor & ejus remedia 149. ſeqq.
Sordities 152
Caries 153
Sangvinolentia 154
Mobilitas ibid.
Harum remedia ibid.
Dentes malè colorati emendandi 153
Deſcriptio Juniperi 12
Diarrhœa ejusque medicamenta 238
Diarrhœa ex hypercatharſi 240
Dolor capitis & ejus cura 87. ſeqq.
Dolor Ventris Scorbuticus 268
Dolor crurum, manuum & pedum Scorbuticus 269
Dolor Iſchiadicus ejusque remedia 369
Doloris poſt partum remedia 294
Dyſenteria & ejus cura 240
Dyſpnœa 156
ELæoſaccharum Juniperi 69
Electuaria Juniperina 79

Elementa 4. in homine 1755
Elixir Antipeſtilentiale Crollii 688
Juniperinum 755
ἔκλυτις 1700
Epilepſiæ comparatio cum Pieſtero 1044
Remedia 1077
infantum cura 1099
Epiphora oculorum 135. ſeqq.
Eryſipelatis Cura 340
Eſſentia baccarum Juniperi 744
contra Vermes 233
Anticolica 240
Extractũ Junip. ſimplex & ejus Vires 77
compoſitum 77
FAciei vitia quomodo tollenda 365
Fames nimia & ejus Cura 227
Febris Tertiana 179
Quartana 180
Quotidiana 18
Synocha ſimplex ibid.
Febrium differentiæ 170
Febres malignæ 183
earum differentiæ ibid.
Feld Cypreſſe 10
Feurbaum ibid.
Flos Juniperi & ejus tempus 33
Fluoris albi remedia 311. ſeqq.
Fruticum Juniperinarum Vires 39
Fungus Juniperi ejusq; uſus 14. 15. 33. 43
Grammet Baum 100
Gummi Juniperi 11
Vires 11

quali

# INDEX.

ABortus quomodo præcavend. 323
Acetum Juniperinum 57
ἀγρυπνία 117
Aloë Americ. quæ Sondershuſæ floruit 30
Aloë Slewizenſis 31
Ani exitus à dyſenteria 242
Antidota varia ex Junipero 260. ſeqq.
Apoplexiæ remedia 93
Aqua Juniperina] 59
Aquæ ſimplicis laus 60
  Electio 60
  Proba ibid.
Aquula. 365
Arbor Americana oxyacantha 22
ἄρκευθος unde derivetur 8
ἀρκευθὶς unde dicatur ibid.
ἀρκατείρα. 11
Arthritis & medicamenta arth. 328. ſeqq.
Aſthma & ejus remedia 156
Aſcarides 230
ἀσφυξία 171
Aurium Tinnitus 138. ſeqq.
  Ulcus 142
  Dolor ibid.
  Excrementa egredientia ibid.
BAccæ Juniperi 24
  earum vires 37
  differentiæ 25

majores 22
minores ibid
cœruleæ ibid
rubræ ibid
nigræ ibid
virides 22
quando colligendæ 33
Baccarum Juniperi qualitates 33
Balſamum Sulphuris Juniperinum 66
Balſamum Juniperinum 66
Bronchocele ibid
Bufonis veneno reſiſtere Junip. obſervatum 221
CAchexia 244
Cadaverum conditura 33
Calc. renum ejusq; medicam. 271. seqq
Calculoſæ obſervationes 27
Calculus Veſicæ 28
Calc. Veſicæ an morbus ſit incurab. 2
Canina appetentia 22
Canities quomodo avertenda 33
Capillorum profluvii cura 33
Carus 11
Catalepſis 11
Catharri 123. seqq
Cephalalgia 8
Cephalæa ibid
Ciliorum mollities 33
Claretum Juniperinum
Clavus quid?
Clavi quid? 33
Coma


Co

Luis ♀eæ cura 335
MAculæ Scorbuticæ 270
Malvaticum Juniperinum 74
Mania 118
Maniaca obſervatio 120
Memoriæ Imbecillitas 121
Memoria quomodo contingat ſecundum Carteſ. ibid.
Menſes cur flores dicantur 202
Menſium ſuppreſſio 303
nimius fluxus 308
Mictionis cruentæ remedia 290
Mola ejusque Cura 321. ſeqq.
Morbi incurabiles per ſe 283
per accidens ibid.
ſimpliciter lethales ibid.
utplurimùm lethales ibid.
Chronici 284
Morbos incurabiles an medicus debeat aggredi 282
Morſuli Antinephritici 76
Motus impotentia 361
NAturæ laus - - - - 356
Nerii antidotum dst junipo: 210
Nervi optici vitia - - - - 132
Noxæ juniperi - - - - 90
Νυκταλωπία. - - - - 133
OBmuteſcentia - - - 101 ſeq.
Obſerv. de ſucco: aloës florizdul: 31.
de Cephalalgia - - - 89
de vulneratione oculi 137
de dolore Aur. de auxib Tornixa 142.

de Vermibus 231
de Hydrope Tympanitide. 258
de melancholia Hypochondr. 262
de Tumoribus Scorbuticis 271
de langvore 169
de nimio fluxu menſium 310
de fluore albo 313
de falsâ ingravidatione 319
Oculorum Epiphora 135
Oleum ligni Juniperini 51
Oleum baccarum Juniperi & ejus Vires 63. 65.
Oleorum ſeparatio 64.
Oleum baccar. juniperi non tingitur & quare ? 67
Oleum Juniperinum coctum 70
expreſſum ibid.
ὀνοματολογία Juniperi 7
Oris Tortura 144.
fœtor 145
ex ventriculo 146
a dentibus ibid.
scorbuticus 147
orthopnoea 156
officium scorbutica 356
Dislocatio 357
scorbutica 356
ó Evalescendis 11
oxyacantha ibid.
oxycedrus ibid.
oximel juniperin. 58
Pal-

qualitates 35
Decoctum 86
Infuſum ibid.
Oleum ibid.
HÆmoptyſis 226
Hæmorrhoidum Dolor 244
fluxus nimius 243
Obſtructio 244
Hæmorrhoid. an fœminæ obnoxiæ 242
Hepatis obſtructio & ejus remedia 245
Hydrops Aſcites 249
Anaſarca ibid.
Tympanites ibid.
Hydropicorum ſitis 258
Hypochondr. malum & ejus cura 260
ICterus ejusque cura 249
Impetigines 365
Infuſum ex gummi Juniperi vernix liquidus dicitur 86
Ingravidatio falſa 318
Iſchiadici doloris remedia 369
Iſchuria ibid
Juniperus unde dicitur 7
perpetuo floret [illegible] 13
Illyrica 18
Germanica ibid
Major arborescens ibid. & [illegible]
frutescens 22
Minor frutice[illegible] 23
humi repens ibid
Auſtriaca Cluſii ibid


mab

Mas 21
Fœmina ibid
Juniperi Botrys 40. ſeqq
tempus 33
Vires 33
uſus œconomicus 377
Locus natalis 21
Junip. non viſa in montibus Hercyniæ 21
Kattich-Baum 11
LAngvor ejuſque cura 16
Lati vermes 22
Lateris dolor à flatibus 16
Lentigines 36
Leporis marini antidotum juniperus 21
Lienis obſtructio 155
Ligni juniperini colligendi tempus 33
qualitates 34
Vires 33
Raſura & ejus uſus 44
Suffitus. 44
Decoctum 47
Infuſum 44
Spiritus 45
Oleum 50
Extractum 55
Mellago 55
Sal 54
Linguæ paralyſis ejuſque ... a 100. ſeqq
Lypothymia 300 ſeqq
Loquelæ amiſſio in Apoplexia 99
... media 32
Lochiorum conductio
Lumbrici 21
Lu

PAlpebrarum πταλμὸς 366
Paralyſis ejusque Cura 97. ſeqq.
à Variolis 101
Scorbutica 102. ſeqq.
Paralytica obſervatio 100
Partus difficilis remedia 325
Pedum Dolor 269
Peripneumoniæ remedia 160
Peſtis & medicamenta antipeſtilentialia 182. ſeqq.
Pieſteri Gentilium Deaſtri deſcript. 104
Plantæ incultæ cur felicius creſcant, quàm ſativæ 29
Plantis an conveniat ſexus ibid.
Pleuritidis remedia 162
Præfatio 1
Præparata ex ligno juniperino. 44. ſeqq.
ex Cortice & Fungo Juniperino 55
ex baccis juniperi 56
Pupillarum in oculo dilatatio 132
Pyxides odoriferæ ex ligno Juniperi 55
QUartana febris 180
Quotidiana febris 181
RAucedo & ejus cura. 162
Reſpirationis uſus & neceſſitas 155
Riſus Sardonius 144
Rob Juniperinum 77
purgans ibid.
Rotulæ præſervantes 76
SAlis laus 80
Sal ligni juniperini 54

baccar.

baccar. juniperi 822
ejus Vires 844
Salium purificatio 832
Sandaraca: ejus differentiæ 240
efficacia 444
Scabies ejusque cura 345
Scrophulæ 367
Scorbutus ejusque curatio 263
Secundinæ retentio ejusq; remedia 3206
Serpentis venenum abigit juniper. 212
Signatura quid valeant 162
Signaturæ Juniperi Pleuritica 163
Singultus remedia 224
Soporoſi affectus 112
Spaſmus ejus Cura 109
Spaſmus Cynicus unde dictus 144
Spiritus ligni juniperini 418
baccar. juniperi 62
⊖is juniperini 85
Sterilitatis muliebris incommoda & cu-
ra 315
Strabismi cura 133
Stranguriæ remedia 289
Suffimigia ex ligno juniperi 50. ſeqq.
ex baccis juniperi 56
Suffocatio Uterina ejusque oppoſita me-
dicamenta 295
Suffuſio ejusque cura 134
Surditatis Curatio 140
Strumæ 367
Syncope ejusque cura 171
ex menſium retentione 172

Συνονυμία juniperi 11
Syrupus Juniperinus ſimplex. 78
compoſitus 78. 79.
TArantularũ Veneni qualitas 213. ſeqq.
Tarantatos cur Muſica curet conjectura 216
Taxi antidotum Juniperus 211
Tinctura Juniperina ſimplex 73
compoſita ibid.
Tinea ejusque curatio 362
Tumor ſcirrhoſus vel cancroſus 367
Tumores Scorbutici 270
Tuſſim quæ curent 160
VEnenorum natura 199
qualitates 200
Vis in quo conſiſtat ibid.
Venena ſuffocatione perimunt & quomodo? 203
Venena coagulatione quomodo occidant? 204
Venenorum eroſione, exulceratione & putrefactione necantium vis 206
Venena mineralium fugat Juniper. 218
Ventriculi imbecillitas 219
ejusque Curatio ibid.
Vernix 16. ſeqq.
ejus Vires ibid.
liquidus ibid.
Vermium genera 229
Vertigio & ejus Cura 90. ſeqq.
Veſicæ Calculus 254
uſus 286

Vigiliæ

Vigiliæ nimiæ 11
Vinum Juniperinum 5
Viſus imbecillitas 11
ejus nomina ibi
differentiæ ibi
Vomitus remedia 21
in peſte & febribus malignis ibi
ex hypercatharſi 2
Vulneraria medicamenta 344. ſeq
Ulcera narium 34
Ulcerum remedia ib
Ulcera à Veneficio orta quibus cura
da ib
Uteri Doloris Curatio 2
ſuffocatio 2
ejus Cura. 297 ſeq
WAcholder unde dicatur
Wacholderbeer derivatio ib
Wacholder unde dictum ib
Weckholder unde derivetur ibid.